

deus et sare debuissent. Excipiet enim aliquis et dicit vis expiatrix peccati. Sed pro peccatis presentibus et futuris repeti debuisse; alioqui enim pari modo inferam: Sacrificium Missee expiatrix peccata præterita, ergo pro futuris repeti non debet.

Respondet primo, Apostolum directo loqui de expiatione peccatorum præteriorum, indirecte tamen et consequenter etiam de expiatione futurorum, c. d. Si in præteritis sacrificiis fuisset vis et virtus expiatrix peccatorum præteriorum, ergo iam pro his offerri cessasset, ut pro quibus semel sacrificata erat, quæque hoc sacrificio expiata et expurgata erant: atqui pro his offerri non cessant. Nam quotannis in festo expiationis sacrificatur pro omnibus peccatis populi, non tantum presentibus, sed et præteritis, ut docet Apostolus, vers. seq.; ergo patet quod in his nulla fuerit vis peccatorum expiatrix; erant ergo hæc sacrificia tantum umbrae et typi sacrificii æterni, quo Christus peccata omnia expiavit.

Respondet secundo: Indirecte, ut dixi, loquitur Apostolus de expiatione peccatorum futurorum, q. d. Si in ipse victimis fuisset vis expiatrix peccati præteriti, ergo et futuri, et consequenter si cessasset offerri pro peccatis præteritis, ergo et pro futuris, si in ea relabam aliquem contigisset. Ratio est, quia tota difficultas, quæ est in expiatione peccati, non consistit in præterito vel futuro. Tempus enim parum ad rem facit, sed consistit in gravitate et malitia peccati. Peccatum enim malum quoddam est immensum et infinitum, quia est offensæ Dei immensi; ac consequenter virtus expiatrix peccati debet esse immensa et infinita; quod si ergo sacrificium aliquod per se et vi sua sit expiativum peccati præteriti, facile poterit esse et futuri. Virtus enim ejus peccati expiatrix cum sit infinita, tam facile tollit peccatum futurum, quam præteritum.

Pro quo nota: Loquitur Apostolus de sacrificio non applicatorio, sed per se expiatorio peccati, quo scilicet Deo persolvitur lytrum et peccati injuriæ illi per peccatum illata, ut scilicet illo sacrificio et victima satisfiat majestati divine per peccatum læsæ, et reparatur illius injuria, hæcque per peccatum ablatus restituatur. Oponeit enim et anteponit Apostolus sacrificium crucis et victimam Christi sacrificiis Mosæicis et victimis bouum, in eo quod non hæc, sed illud unum fuerit propitiatorium, expiatorium, satisfactorium et redemptorium peccati: ideoque colligit et concludit illa hujus tantum fuisse umbram et typum æque adveniēte cessare debuisse, utpote in quibus nulla inesset vis ad expandendum peccatum. « Impossibile est enim, ut subdit Apostolus, sanguine taurorum et hircorum auferri peccata. »

Hinc sequitur primo, Apostolum non comparare sacrificium crucis cum Aaronicis, in eo quod sacrificium crucis fuerit redemptorium et expiatorium; Aaronicum vero fuerit applicatorium;

nec enim hæc de re erat questio inter Hebræos sive Judæos; sed questio erat de puritate, sive pari dignitate Aaronis et Christi sacrificiorum legalium et sacrificii crucis. Judæi enim volebant componere, imo anteponeere Mosam et Aaronem Christo, suaque sacrificia tanquam expiatoria peccati, justificatoria et satisfactoria, sacrificio Christi, idque ex eo quod Deus jubens Levit. iv, offerri hostiam pro peccato, subdat vers. 26, 34, 35: « Et dimittetur ei, » scilicet peccatum, pro quo hostiam obtulit. Illud ergo hic et tota epistola convellere nititur Apostolus, docetque non Aaronis, sed Christi sacrificium fuisse redemptorium et expiatorium peccati: de ejus vero applicatione non agit hic Apostolus. Cum ergo ait: « Alioquin cessasset offerri, » inteilige qua præterita, non qua applicationes præteriti; quæ redemptoria et satisfactoria, non qua applicatoria. Hæc enim de causa cessavit, nec iteratum est sacrificium crucis, quia, ut ait vers. 14, « Christus » a oblatione (crucis) consummavit in se ipsum sanctificatos. » De quo plura vers. 14.

Hinc sequitur secundo, Apostolum non conferre hic sacrificium crucis cum sacrificio Missee, quod hic est redemptorium, sed tantum commemoratorium et applicatorium sacrificii crucis: si enim applicationem sacrificii crucis, quæ fit per sacrificium Eucharistia, excludere vellet Apostolus, pari modo excluderet baptismum, penitentiam, fidem, aliaque quibus applicatur vobis fructus sacrificii crucis; tam enim per baptismum et fidem, quam per Missam applicatur nobis meritum et pretium crucis Christi. Hinc patet solutio objectionis propositæ: sacrificium enim quo comparatur pretium et lytrum peccatorum, quale tantum fuit sacrificium crucis, iterari non debet; Missa vero et sacrificia, quæ hoc pretium applicant, repetitis peccatis repeti debent.

Dices: Instare potuissent Judæi ac dicere: Tua ratio, o Paule, bene concludit, cessare debuissent vetera sacrificia, quia non erant per se expiatoria peccati; sed cur non manserunt saltem ad hoc, ut essent applicationes sacrificii crucis.

Respondet: Hoc non urgebat tum temporis Judæi, sed si urissent, respondisset Apostolus, potuisse Christum, si ei libuisset, retinere vetera sacrificia, ut essent applicationes sacrificii crucis; verum noluisse, nec decessisse cum, ut hoc faceret. Primo, quia vetera sacrificia carnalia et rudia erant, pro rudi et carnali populo Judaico, nec convenientia spirituali populo Christiano. Secundo, quia umbra erant et figura crucis, ergo cruce exhibita cessare debebant et evanescere. Tertio, quia docebat ut Christus novus pontifex novum induceret sacrificium, idem scilicet quoad victimam cum sacrificio crucis, ut nimirum in Missa, corporis Christi pro nobis in cruce oblatis, ac consequenter expiationis illius, redemptiois et gratiæ res ipsa participes efficeremur.

A quoque ut rem totam paucis complectar, triplicem differentiam sacrificiorum veterum et Christi significat hic Apostolus. Primo, quod vetera uti pontifices habebant ejusdem præfati dignitatis: agnus enim par et similis succedebat agno, bos bovi, hircus hircoc. Ratio erat, quia nulla erat victima condigna quæ peccatum expiaret; quod si talis aliqua fuisset, illius victimæ participatio et applicatio facta fuisset per alias victimas minoris præfati: sicut victima crucis redemptoria et expiatoria, nobis applicatur per sacrificium Missee et per Sacramenta a Christo ad hoc instituta. Secunda differentia est, quod vetera sacrificia non expiant peccata præterita. Tertia, quod nec futura expiant, ideoque semper repetebantur; Christus vero sacrificio suo unico pro omnibus omnino peccatis præteritis et futuris expiavit, et pretium condignum obtulit, scilicet corporis sui victimam unam crucientem, quam proinde iterum offerre non est necesse; sed tantum applicare oportet, non sola fide speciali, ut Volunt Noveramus, sed timore, contritione, dilectione, Sacramentis, et eadem victima incruenta in sacrificio Missee oblata, prout Christus sanxit, et Ecclesia ante Lutherum et Calvinum a Christo hæcque docuit et observavit. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Cæcumenius, Anselmus.

3. SED IN IESIS COMMEMORATIO PECCATORUM PER SINGULOS ANNOS FIT. — q. d. Quod non fuerit in illis veteribus sacrificiis virtus aliqua peccatorum expiatrix, ex eo patet, quod singulis annis in die expiationis non tantum presentia, sed et vetusta peccata tædus anni, pro quibus jam ante sacrificium erat, repetebantur. Pontifex enim semel in anno in die expiationis peccata toto anno a populo admisa expiabat, cum sanguine hircorum ingrediens et aspergens Sancta sanctorum, ut patet Levit. xvi. Ergo sacrificia hæc vetera tantum erant protestationes quedam, quibus protestabantur Judæi se aliud requirere sacrificium, puta Christi, per quod fieret peccatorum remissio: ac consequenter ipsa erant non tam peccatorum remissio, quam accusatio et commemoratio; sive, ut græce est, ἀνάμνησις, id est, in memoria revocatio, ut scilicet homines recordarentur suorum peccatorum, scientique ea sibi per sacrificia quæ obtulerant non esse remissa, sed ad Christi crucem et sacrificium per fidem et spem recurrerent.

5. IDEO INGREDIENTES MUNDUM DICIT: HOSTIAM ET OBLATIONEM NOLUITI. — Probat novo argumento, testimonio scilicet Psalmi xxxix, vetera sacrificia non expiassæ peccata, non reconciliassæ nos Deo; quia Psalm. xxxix dicit Deus, se nolle, non delectari, non placari veteribus hostiis et oblationibus. Licet enim placeret Deo pietas, obedientia, devotio offerentium hæc victimas, ipse tamen victimæ, puta oves et boves, in se Deo non placebant, nec eum placebant, ut placet et placat Deum Christus in cruce immolatus.

Nota re ideo, q. d. « Quia impossibile est sanguine hircorum et taurorum auferri peccata, » ideo Christus, ut peccata auferret, veniens et ingrediens mundum pro suam incarnationem et navitatem, dicit Deo Patri: Hostiam, scilicet crucientem hircorum et taurorum, atque oblationem, scilicet incruentam similem vini, panis, olei, etc., noluisse, o Pater; sed corpus mihi aptasti, quod tibi in sacrificium pro peccato offeram: quare dicit, et dico: Ecce venio, ecce ego, en adsum, præsto sum, ut faciam voluntatem tuam, Deus, ut scilicet me pro peccatis victimam offeram, qua homines tibi reconciliet.

CORPUS AUTEM APTASTI MIHI. — Ita legunt Septuaginta emendati per Cardinalem Caraffam, et ex Septuaginta Paulus, et Syrus hic. Ita legunt quoque Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus et Augustinus in Psalm. xxxix, vers. 7.

Dices: Quomodo ergo Psalm. xxxix in Hebræo habetur לִי חֵטְאִים אֲשֶׁר עָשִׂיתָ לִּי, id est, aures fodisti aut perforasti mihi: unde et in Psalm. xxxix, et alia editione Septuaginta legitur in Latina nostra versione, aures autem perforasti mihi. Et ita legunt ibidem Ambrosius, Cyrillus, Eusebius et Hieronymus, scilicet dicit, id est aures pro septa, id est corpus. Respondet, idem est sensus, sive legas aures, sive corpus perforasti, vel perfectisti mihi. Sensus enim est: Fodisti, o Pater, me Christum servum tuum docilem, obedientem et perpetuum (talis enim servus, servus, Exodi xxi, 6, solebat aurium perfessione notari), hoc ipso quo formasti humanitatem meam, cum gratia unionis et habituali, cumque auribus perforatis, id est, cum servitute et obedientia perforatis et difficillima in re durissima, scilicet morte crucis obunda, que obedientiam aures magis terebrat quam subula. Hinc enim servis perforatur auris, ut seirent se molesta horum imperia excepturos, que quasi subula aurem perforarent. Unde Chaldeus Psalm. xxxix vertit, aures autem ad auscultanda tua præcepta perforasti mihi.

Secundo et melius, Genebrardus in Psal. xxxix, et Ribera ac Galenus hic, censent per synecdochen aures in Hebræo poni pro toto corpore. Agit enim Psalmes eo loco de incarnatione Christi, de quo formatione illius corporis, quod quasi victima loco holocaustorum veterum boum et ovium, que Deo non placerent, Deo pro peccatis immolandum erat, uti patet ex præced. et seq. Confinet enim Psalm. xxxix hæc de re quasi dialogismum Dei Patris et ipsius obedientissimi Filii Christi Domini. Unde et Syrus: vertit, נָתַתִּי אֹזְנִי נֶגְדָה לְאֵלֵינוּ נֶגְדָה דֵּן אֲלֵינוּ, id est, corpore autem vestivisti me. Per « aures » ergo corpus intelligitur; nominantur autem aures per alios corporis membris, quia agebatur de servitute et obedientia Filii, usque ad immolationem et mortem crucis. Obedientiam autem et servitutem symbolum sunt aures.

Ad expiationem peccatorum requiritur vis infinita.

Loquitur hic Paulus de sacrificio non applicatorio, sed expiatorio.

Sacrificia Aaronica Paulus comparat in dignitate.

Explicat differentiam sacrificiorum veterum et Christi.

Error Novorum de applicatione merito-rum Christi.

Missa enim est iterari, non vero sacrificium crucis.

Sacrificia vetera tantum erant protestationes, quibus protestabantur Judæi se aliud requirere sacrificium, puta Christi.

Quæ vetera sacrificia non remittunt Christum in sua Ecclesia.

Victime veteres in se non placebant, nec eum placebant Deum.

Aliqui pro corpore, legunt aures, id est, est meta-phora dicitur a servis quibus aures perforabatur.

Aures per synecdochen hic ponuntur in Hebræo pro toto corpore.

APTASTI. — Hebraice כרית *carita*, quod primo, veri potest, *fodisti*, id est, perforasti. Ut alludat ad servum cui aures perforabantur, uti dixi. Secundo, Genebrardus et Ribera vertunt, aures et corpus mihi *fodisti*, id est fodicasti, uti figurus solet argillum fodiare et subigere, ut vas summ efformet: pari modo tu, o Pater, quasi plastes fodicando aptastis corpus meum; illud plasmasti et aptasti mihi. *Tertio*, alii vertunt *fodisti*, id est emisti, sive acquisivisti mihi corpus, illud scilicet aptando et formando. Simili enim hebraismo dicit *Osee* cap. iv, vers. 2, se uxorem *fodisse*, id est emisse, et emendo sibi desponsasse eam in uxorem quindecim argenteis. *Quarto* et optime, *carita*, id est, excidisti mihi corpus, sicut solent statuae ex petra, marmore, aliove lapide excindi; Hebræum enim כרה *cara*, uti et כרת *carat*, proprie significat, non tam fodere, quam excindere. Inde enim dicitur כרהה *michra*, id est fovea, fodina, vel caverna excisa: cujus ad instar dicunt Hebræi filios excindi ex corpore parentum. Unde *Isaias*, cap. li, vers. 4: «Attendite, inquit, ad petram unde excisi estis, et ad cavernam laci, de qua præcis estis.» Quod explicans subdit: «Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quem peperit vos.» Ubi, ut interpretatur S. Hieronymus, Abraham vocat *petram*, ob fidei firmitatem; *cavernam vero laci* vocat Saræ uterum, ex qua excisi sunt Judæi. Hebræi enim familias vocant בתים *battim*, id est, domos: inde בתים *batim*, id est filii, vocantur quasi אבנים *abanas*, id est lapides, ex patre quasi petra, et ex matre quasi fodina excisi et effossi. Sic Christus *Daniel*, II, 34, visus est Nabuchodonosori quasi lapis abscessus de monte, qui statuum quadriformem, quatuor monarchias significans, prostravit et evertit. Sicut enim lapideæ ex petra excindunt statuas, illasque circumcidunt et concinnant, ut lapidei homines esse videantur, ita Deus ex B. Virgine quasi petra fortissima excidit, composuit et concinnavit tam aures, quam totum corpus Christi. Unde Septuaginta pro *carita*, id est fodisti, vel potius excidisti, vertunt *καταρξισος*, id est, apte et congruenter coagmentasti, aptasti, concinnasti et perfectisti corpus meum, ita scilicet ut corporis mei partes et membra inter se, et cum toto corpore apte congruant, planeque aptata et composita sint ad suum usum et finem, sicut ut in corpore hoc ego Christus Patris mei voluntatem audire, explere, obedire, laborare, prædicare, pati, crucifigi, immolari possim. Unde Chrysostomus sic explicat: *Corpus autem perfectisti mihi*, id est, perfectum sacrificium fieri decrevistis, et ad illud concinnasti.

Hebræi familias vocant domos, filios lapideos generari excidendi.

6. BOLI-CACHTONATA (hostiæ) PRO PECCATO NON TIBI FLACUERUNT. — *Psalm*, XXXIX, legitur non postulasti. Licet enim ea Judæis præceperis, tamen non ea precepisti, nec postulasti, quasi ea per se tibi placèrent, teque peccatis hominum offe-

7. TUNC DIXI: ECCE VENIO. — Cum scilicet incarnatus cognovi holoocausta bonum hircosque pro peccato tibi non placere, «tunc dixi: Ecce venio,» ut scilicet, pro præcis hircis, bobus et agnis, que te placare non poterant, corpus meum, sanguinem et vitam tibi in sacrificium pro peccatis et redemptionem hominum offeram.

Nota: In ipso Christi adventu et ingressu in mundum, id est, ut explicat D. Thomas et Anselmus, in ipso puncto incarnationis, «abuit Christus actum, uti rationis, quo Deum omniaque jam dicta cognovit, ita et voluntatis, obedientie et oblationis, quo se et mortem suam, suos labores et arumnas, omniaque sua Deo in pretium pro nostris peccatis nostraque salute obtulit: eaque voluntate sanctificatus sumus, ut ait Apostolus, vers. 10. Meruit ergo ex tunc Christus sibi famam nominis sui, et corporis gloriam, nobis autem gratiam et salutem: atque hunc oblationis actum deinceps usque ad mortem continuando, idem hocce meritum suum continuavit; ita ut idem continuo per totam vitam meritis sit Christus, adeoque Christi hæc continua oblatio et tota vita fuerit quasi unicum continuatum meritum, quod in morte ipsius, ita volente et stantiente Patre, perfectum est. Ita D. Thomas et Doctores, III part., *Quæst.* XXXIV, art. 3.

IN CAPITULO LIBRI SCRIPTUM EST DE ME: UT FACIAM, DEUS, VOLUNTATEM TUAM. — *Psalm*, XXXIX, pro in capite libri, Hebræi habent כתר כנרת *katir keneret* *sepher*, quod S. Hieronymus et Vatablus vertunt, in volumine libri, id est totius sacræ Scripture, scriptum est de Christo, uti explicat Theophylactus et Photius. Verum Aquila et Symmachus transferunt, in involucri, in convoluzione libri: quod Septuaginta et ex his Paulus vertunt, ἐκ κεφαλῆς βιβλίου, id est, in capite, vel in capitulo libri. Veteres enim loco librorum utebantur longis membranis, quas in cylindrum convolvebant ad caput vel initium libri, id est, membranas, easque cum legere vellent, revolvebant et explicabant instar chartarum, sive tabularum geographicarum, quas mappas mundi vocant. Unde Hebraum כנרת *knert* (*a radice קנל galal*, id est, volvere, evolvere) tam voluminis, sive libri caput et initium, circa quod totus liber convolvebatur, quam ipsum librum, sive volumen, quod ita convolvebatur, significat. Addunt aliqui כנרת *knert*, pro כנרת *knert galgolet*, quod proprie caput hominis significat, et ab eadem radice קנל *galal* descendit, accipi. Sed nusquam alibi ita accipitur: semper enim *galgolet* unis ob sui convolutionem et rotunditatem, *meseta* vero voluminis, sive librum convolvendum significat.

Quæres, in cujus libri capite hæc de Christo scripta sint? Aliqui librum divine præsentie et prædestinationis accipiunt, in cujus libri initio de Christo scriptum est: Christus enim est principium omnium Dei operam, estque primus omnium prædestinatorum. Unde Symmachus ver-

Christi in prima sacra- menta actum rationis, quo Deum omniaque jam dicta cognovit, ita et voluntatis, obedientie et oblationis, quo se et mortem suam, suos labores et arumnas, omniaque sua Deo in pretium pro nostris peccatis nostraque salute obtulit: eaque voluntate sanctificatus sumus, ut ait Apostolus, vers. 10. Meruit ergo ex tunc Christus sibi famam nominis sui, et corporis gloriam, nobis autem gratiam et salutem: atque hunc oblationis actum deinceps usque ad mortem continuando, idem hocce meritum suum continuavit; ita ut idem continuo per totam vitam meritis sit Christus, adeoque Christi hæc continua oblatio et tota vita fuerit quasi unicum continuatum meritum, quod in morte ipsius, ita volente et stantiente Patre, perfectum est. Ita D. Thomas et Doctores, III part., Quæst. XXXIV, art. 3.

Varietas lectio- num in dicitur.

tit, in volumine definitionis suæ scriptum est de me.

Verum alii passim per librum accipiunt Sanctæ Scripture. Hæc enim absolute et antonomastice Hebræis dicitur liber.

Primo ergo S. Augustinus in *Psalm*, XXXIX, per caput libri accipit initium psalmodiorum, sive psalmodium primum, quod sic incipit: «beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, sed in lege domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.» Quod licet omnibus justis, Christo tamen vel maxime convenit.

Secundo, S. Hieronymus, initio *Traditionum Hebræarum* in *Genesis*, per caput libri accipit initium Geneseos, ubi dicitur: «In principio,» id est, in Filio, ut ipse explicat, «creavit Deus cælum et terram.»

Tertio, S. Chrysostomus accipit initium Evangelij S. Joannis; ibi enim clare dicitur: «In principio erat Verbum, etc., et Verbum caro factum est.» Verum tempore Davidis necdum scriptum erat hoc Evangelium. Hæc autem sunt verba Davidis, *Psalm*, XXXIX.

Quarto, Franciscus Ribera, per caput libri accipit cap. II. in sensu allegorico: «Hoc nunc ex ossibus meis, et caro de carne mea,» etc. Nam uti ex latere dormientes Ade edificata est Eva, ita postea ex latere Christi dormientis in cruce edificata est Ecclesia, cum sanguis et aqua ex eo fluxerunt, in quibus duo maxima Sacramenta, scilicet Baptismus et Eucharistia, figurata sunt. Unde Paulus hæc Geneseos verba citans ad *Ephes.* v, et allegorice explicans, ait: «Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia.» Verum hæc arcta, exilia et obscura videntur.

Dico ergo, caput vel capitulum hic idem esse, quod summam, q. d. In summa legis, id est, in sa lege totoque Pentateucho, totaque sacra Scriptura scriptum est de me. Sic enim cap. VIII, vers. 4, summam ditorum vocat Apostolus κεφαλαια, id est capitulum. Unde Hebræum כנרת *knert galgolet* verti potest, in volumine libri scriptum est de me, id est, in tota sacra Scriptura, ut dixi ex Theophylacto, et ita explicant Eusebius, Didymus, Theodoretus, Cyrillus in *Catena Græcorum*, in psalmo XXXIX.

Vel aptius Græco et Syro, quod tamen eodem redit, caput libri est ipsum argumentum et index libri. Hunc enim indicem significat Græcum θεμα, Sic et Hebraum כנרת *knert galgolet* significat convolutionem circa initium et argumentum indicemque libri significat. Ita Matheus Galenus hic, q. d. «In capite libri,» id est, in argumento, scilicet totius Scripture, scriptum est de me: non indies totius Scripture, scriptum est de me: non quod ex re tale argumentum et indicem habuerint Hebræi, qui ex religione et veneratione sacræ Scripture nec argumentum, nec quidquam aliud addere voluerunt ipsi textui sacræ Scripture, sed

ut sit catachresis et metonymia, qua res dicitur vocari et scribi, cum in se talis est, ut iure et vere ita vocari et scribi possit. Sic dicitur *Isaiæ* cap. ix, quod Christus «vocabitur Emmanuel, admirabilis, consiliarius, fortis, pater futuri sæculi;» vocabitur, id est, erit: nusquam enim hæc nominibus vocatus legitur Christus, cum in circumcissione tantum vocatus sit Jesus. Eodem modo ait hic Psalles, in capite vel argumento libri scriptum esse de Christo: quia sicut argumentum libri in ejus capite et indice scribitur, ita in capite et indice sacræ Scripture est Christus, id est ipsa sacra Scriptura tota pro argumento suo habet Christum, tota circa Christum versatur. Dicit ergo Christus: «In capite libri scriptum est de me,» id est, totus index legis me respicit, tota lex me spectat, suaque sacrificia et omnia que habet, dirigit ad meum sacrificium, meamque redemptionem significandam et representandam; adeoque quicquid hæc de rebus scribit et prescribit, propter me scribit et prescribit, ut scilicet ego veniam in mundum per incarnationem, hoc fine, ut tu, o Pater, voluntati, hebraice רצונך *retsonecha*, græce εὐδοκία, id est, desiderio et beneplacito tuo satisfaciam, quod est, ut morte mea redimam et exirem hominum peccata, qua nullis æquivalent aliisque victimis expiari potuerunt. Ita Eusebius, Didymus, Theodoretus, Cyrillus et Genebrardus in *Ps.* XXXIX, Sic *Ephes.* cap. i, vers. 10, dicit Apostolus placuisse Deo instaurare omnia Christo: ubi pro instaurare, græce est ἀνακαταστήσειν, id est, ad caput revocare: quasi Christus sit summa et caput, ad quod Deus Pater omnia redigere et revocare voluerit, uti ibi dixi.

Hinc patet *Psalm*, XXXIX, non de Davide, aut quovis justo, ut voluit Vatablus, Jansenius et Judei, sed de Christo ad litteram scriptum esse. Christi enim verba sunt hæc: «In capite libri scriptum est de me,» ut explicat S. Paulus hic, et passim Patres.

Tropologice, tota Scriptura inculcat nobis obedientiam: hæc est summa, hoc argumentum totius Scripture, sapientia et virtus, ut cum Christo dicamus Deo: «Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam.»

Ut FACIAM, DEUS, VOLUNTATEM TUAM. — Refer hæc verba, non ad volui, quod in *Psalm*, XXXIX sequitur, cum dicitur: «Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.» Sed refer ea ad *ecce venio*, scilicet ad hoc, «ut faciam, o Deus, voluntatem tuam.» Patet id ex Græco et Hebræo. Quod ergo interpretatur: «In capite libri scriptum est de me,» quasi per parenthesin interjicitur, ad ad utrumque, scilicet tam ad *ecce venio*, quam ad «ut faciam voluntatem tuam, referendum est. Scriptum enim est, Christum in carnem venturum, ad hoc, ut faciat et implet Dei voluntatem circa hominum

redemptionem. Quod deinde sequitur in Psalmo: «Veni, et legem tuam in medio cordis mei, » a precedenti per hypocolon distinguendum est, g. d. Volui venire in mundum, ad hoc, ut facerem voluntatem tuam, o Pater; volui, et prompta voluntate acceptavi decretum et voluntatem tuam de mea incarnatione et morte pro salute hominum: hancque tuam legem et statutum in medio cordis mei impressi et infixi.

8 et 9. SUPERIUS DICENS (id est, cum dixisset, scilicet David in persona Christi, Psalm. XXXIX): QUIA HOSTIAS, ET OBLATIONES, ET HOLOCAUTONATA (et victimas) PRO PECCATO NOLEISTI; TUNC DIXI (scilicet ego Christus, in cuius persona hæc scripsit et dixit David): ECCE VENIO (hoc clarius significat Syra et Græca, quæ habent ἐπιπέσομαι, id est, tunc dixi; ut sint verba non Christi, sed Pauli, de Christo, g. d. Christus qui paulo ante dixerat: Hostias et oblationes nolisti, quia videbat Deo non placere, nec cum placere, tunc dixit: Ecce venio, ut faciam tuam, Deus, voluntatem: quibus verbis) AUERT PRIMUM, UT SEQUENS STATUAT, — id est, auert prius vetus, scilicet sacerdotium et sacrificium, per hoc, quod ait: «Hostias nolui, ut sequens, » græce ἠὲ δέξωμαι, id est secundum, scilicet Christi obedientiam et sacrificium, «statuat, » dum subdit: «Tunc dixi: Ecce venio, » ut me tibi in cruce immolando, «faciam voluntatem tuam, » o Pater.

10. IN QUÆ VOLUNTATE SANCTIFICATI SUMUS PER OBLATIONEM CORPUS JESU CHRISTI SEMEL. — Id est, per hanc voluntatem Patris, quam suscepit et adimplevit Christus offerens se pro nobis in cruce, puta, per victimam non legalem hominum et ovium, sed Christi ipsius, justificati et sanctificati sumus.

11. ET OMNIS QUIDEM SACERDOS (veteris legis) PRÆSTO EST QUOTIDIE MINISTRANS, ET EASDEM SEPE OFFERENS HOSTIAS, QUÆ NUNQUAM POSSUNT AUFERRE PECCATA. — Ne mirentur Hebræi, tot tamque variis assueti sacrificiis et mactationibus, hæc omnia esse abolita per unam Christi immolationem in cruce, illud ipsum inculcat et sepe repetit, docens causam hujus rei esse, quod legalia sacrificia peccata expiare non poterant, ideoque semper repetebantur: Christus autem unica sui oblatione in cruce, omnia hominum peccata expiavit.

Nota: Pro præsto est græce ἐστίν, id est, consistat continue et constanter, scilicet altari et Deo Deique sacrificiis et ministeriis, sicut famuli adstant domino aut regi dum ei ministrant. Hinc Hebræi ἵπυ ἀνάδ, id est stare, sumunt pro ἀναπέμπω, id est, sacrificare et sacris operari. Stare enim coram Domino idem est, quod agere sacerdotem aut Levitam, Deoque sacrificare, aut ministrare in aliis sacris functionibus, ut patet Num. iv, 3; Num. xvi, 16; ti Paratip. xxix, 11; II Esdræ. vii, 63.

12. HIC AUTEM UXAM PRO PECCATIS OFFERENS (ἡπειρομένη, id est, postquam oblati) HOSTIAM, IN SEMPTERNUM SEDET IN DEXTERA DEI, — a. d. Christo

non est opus pluribus hostiis. Unica enim hostia omnia expiavit, cœlumque sibi et nobis reservavit, ut in eo jam gloriosus sedeat a dextris Dei.

Nota: Opponit sedere Christi pro stare vel astare sacerdotum legalium. Stare enim signum est servitutis et ministerii: sedere autem dominatus, cui ministerium exhibetur, inquit Theophylactus.

13. DE CÆTERO EXPECTANS, DONEC PONANTUR INIMICI EJUS SCABELLUM PEDUM EJUS, — g. d. Duceps amplius non ministrabit, non immolabit, non offeret se Christus; sed tantum expectat diem judicii, ut tunc omnes infideles sibi que rebelles subjiciat, conterat, condemnet: itaque plena victoria de hostibus parta in æternum regnet et triumphet. Injicit Apostolus de more hæc verba aculeum constantie et patientie Hebræis, ut pro Christi fide spoliationem et exitium fortiter et generose ferant, cogitantes, certoque sperantes brevi hosce suos et Christi spoliatores et inimicos, tam Christi, quam suis pedibus subjiciendos et conculcandos esse.

14. UNA ENIM OBLATIONE, CONSUMMAVIT IN SEMPTERNUM SANCTIFICATUS. — Dat causam, cur Christus jam sedeat a dextris Dei, tantumque expectet, ut inimici suis pedibus subjiciantur. Causa hæc est, quia una sui oblatione Christus omnia consummavit, ut nihil jam ei offerendum, laborandum, perficiendum restet, g. d. Christus unica sui oblatione in cruce «consummavit, » id est, dedit consummatam oblationem, consummatam et perfectum pretium redemptionis nostre, quo quasi fonte immenso et inexhausto, semper et usque ad finem mundi, imo in omnem æternitatem valituro, «sanctificatos, » græce τὸς ἁγιασθέντας, id est, eos qui sanctificantur, consummet et perficiat, id est, perfecte sanctificet et quasi Deo consecret. Hoc enim significat Græcum τὸς ἁγιασθέντας, ita nimirum, ut, licet infiniti homines nascerentur, et infinita peccata committerent, ad eos sanctificandos non opus esset alia oblatione, sed ad hoc unica hæc Christi in cruce oblatio sufficeret, per cuius applicationem omnes illi ab omnibus suis peccatis perfecte justificarentur et sanctificarentur. Ita Patres, et Concilium Tridentinum, sess. XXII, cap. i. Christus ergo in cruce sanctificatos «consummavit, » quantum est in se, et ex parte sua, id est, consummavit in actu primo. Nam in actu secundo, et re ipsa consummat et perficit nos per baptismum, penitentiam, Eucharistiam, aliaque Sacramenta et bona opera, quibus applicat nobis generale et consummatum sacrificium, pretium et meritum suæ crucis. Clarum enim est, quod per solum Christi in cruce oblationem, non omnes infideles, Paganis et peccatoribus sint justificati; sed requiri, ut hæc Christi oblatio his applicetur, non per solum fidem, ut volunt Novantes, sed etiam per bona opera, et Sacramenta ad id a Christo instituta, ut omnibus sæculis docuit Ecclesia.

Aculeum constantie et patientie

Christi membra infirmis peccatis dolentia sustinent

Bona opera et Sacramenta applicanda ad solam meritum crucis Christi, sed jam tunc

43. CONTESTATUR AUTEM NOS ET SPIRITUS SANCTUS. — Græce ἀναγγέλλει, id est testificatur, testimonium perhibet: hæc rei, scilicet quod remisso peccatorum non a Mose, sed a Christo; non a veteri Testamento, sed a novo; non a sacrificiis hircorum et vitulorum, sed ab unica Christi in cruce oblatione, per quam Christus in sempiternum consummavit sanctificatos, sit petenda.

Idipsum probavit jam testimonio ipsius Filii Dei, vers. 6 et 7, et testimonio Patris, vers. 13. Pater enim excludens veterem legem et sacrificia Aaronica, dixit Filio, Psalm. cix: «Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.» Et post peractum in cruce sacrificium ascensurusque Christi in cœlum, dixit ei: «Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.» Ille illud ipsum probat testimonio Spiritus Sancti, qui per Prophetas, ac præsertim per Jeremiam locutus, hanc remissionem peccatorum per Christum, in novo Testamento dandam prædixit et promisit. Hoc Jeremie testimonium citavi jam ante Apostolus, cap. vii, vers. 10, ubi illud expliciit.

15. UBI AUTEM HORUM (peccatorum est) REMISSIO: JAM NON EST OBLATIO PRO PECCATO. — «Oblatio, » scilicet qua satisfacti pro peccato, quaque lytrum peccatorum condignum persolvatur, pretiumque comparatur, cuius applicatione omnes re ipsa servitute peccati et diaboli liberemur, justificemur et sanctificemur. De tali enim oblatione loquitur Paulus, ut docent Patres, et fatetur Calvinius et Beza. Non ergo excludit hic Paulus oblationem Missæ, quæ æque ut fides, baptismus et penitentia, hæc oblationis in cruce peractæ lytrum et pretium nobis iterum et iterum applicat, dum iterum et iterum in peccata relabimur.

Perperam ergo et insulse ex hoc Apostoli loco, et ex cap. vii, probare conatur Lutherus, Missam esse abominationem magnam, idque se didicisse, ut quando cum eo hæc de re disputans, ab eo se convinctum fuisse fatetur lib. de Missa privata et unctione sacerdotum, quem edidit anno 1534. Argumenta Lutheri et sequacium ejus sunt quatuor, quæ hic breviter repetam et dissolvam.

Primum, Apostolus hæc epistola solum Christum statuit pontificem et sacerdotem: ergo non sicut ponendi in Ecclesia alii sacerdotes, ergo nec sacrificium Missæ.

Respondeo ad antecedens, Christum esse solum pontificem, talem scilicet, qui sua victima crucis pro peccatis omnibus satisfecerit, quique peccatorum sit redemptor. Quia in re nullus Christo successor sit redemptor. Quia in re nullus Aarons successit honor et officio par, sicut Aarons successit Eleazarus, Aaroni in pontificatu par et æqualis. Neganda est ergo utraque consequentia argumenti: nostri enim sacerdotes non sunt pares Christo, sed Christi vicarii et ministri, qui crucis sacrificium identidem nobis per Missæ sacrificium representant et applicant.

Sacrificium Missæ pretium redemptionis nostre nobis applicat

Sacrificium Missæ non est abominatio, sed hoc loco inculcat unctio sacerdotum, quem edidit anno 1534. Argumenta Lutheri et sequacium ejus sunt quatuor, quæ hic breviter repetam et dissolvam.

Primum

oblatio

Christi

membra

infirmis

peccatis

dolentia

sustinent

Bona

opera

et

Sacramenta

applicanda

ad

solam

meritum

crucis

Christi,

sed

jam

tunc

applicanda

et

applicata

Secundum, Apostolus hæc epistola inculcat unicum Christi in cruce sacrificium: ergo nullum est injuria, puta Missæ sacrificium; adeoque Missa injuria est cruci Christi.

Respondeo ad antecedens. Apostolus loqui de universali et omnipotenti sacrificio: illud enim est unicum in cruce peractum, est quo vim habent nostra sacrificia. Illud enim unicum fuit quasi materia, fons et pretium nostrorum; nosque illius sunt quasi rivulus, applicatio et representatio continua. Unde patet, Missam non esse injuriam cruci, cum sit crucis assidua commemoratio et commendatio: sacrificium enim crucis nobis pretium comparavit, Missa vero confert nobis hujus pretii applicationem. Alioquin enim Ecclesia, quæ Christi respublica est, et lex perfectissima, careret quotidie sacrificio et cultu Dei patriæ solemnium et publico. Cum nulla gens, nulla religio, nulla Ecclesia fuerit unquam sine sacrificio et sacerdotio, quis credat hoc unum a Christo neglectum, cum institueret formaretque suam Ecclesiam, quasi rempublicam divinam et omnibus numeris absolutam?

Tertium, Apostolus docet ideo vetera sacrificia cessasse, quia quotidie quasi infirma et inefficacia repetebantur; atqui talis quoque est Missa.

Respondeo, Missam non esse talem: illa enim vetera repetebantur, eo quod nullam haberent vim expiandi culpam veram, sed tantum legalem et umbraticam. Hæc enim est eorum infirmitas. Repetebantur quoque ut adhiberent sacrificium Christi, et ut excitarent offentes ad Christi fidem et dilectionem, ut per eam, remissionem obtinerent. Nostra vero Missæ sacrificia repetuntur, quia in nova recidimus peccata, quæ nova expiatione sacrificii, quo nobis applicatur meritum et satisfactio sacrificii crucis, indigent. Tantum enim opponit Apostolus Aaronica sacrificia, Christi in cruce sacrificio, in virtute merendi, et expiandi et satisfaciendi, in qua illa fuerunt infirma et inefficacia, Christi vero fuit potens et efficacissimum: non autem opponit aut confert sacrificium expiatorium, quale fuit crucis, cum applicatorio, qualis est Missa, immo hoc sub illo tacite subintelligit; est enim hoc illi subordinatum, adhibet idem cum illo, quoad victimam. Hanc enim eadem habet, scilicet corpus et sanguinem Christi, quam tamen in sacrificio Missæ Christus voluit esse certe et limitate virtutis et efficacie quoad vim imperandi et satisfaciendi, cum in cruce fuerit illimitate et immensa.

Quartum est Calvi: Satis, inquit, meritum et pretium sacrificii crucis nobis applicat verbum Dei, fides et Sacramenta; ergo ad hanc applicationem non est opus Missa.

Respondeo, negando antecedens. Licet enim fides et Sacramenta applicent nobis meritum quoad justificationem, non tamen applicent illud quoad propitiationem; quia sola Missa est sacrificium propitiatorium, quod ex opere operato

Tertium

resoluitur

tertium

Sacrificium applicatorium subordinatum expiatorio

Quartum Calvi contra Missam argumentum destruitur

impetrat gratiam prevenientem, qua excitetur ad fidem, penitentiam, et Sacramenta, quibus justificetur, suscipienda. Atque hac de causa toties repetit et inculcat hic Apostolus, quod Christus assistat Deo, quibusque vult pro nobis apparere, quod sit sacerdos æternus, quod interpellat pro nobis, quod offerat sua dona et hostias, que sane jam alit non sunt, quam sacrificia Missæ, que ipse quoties per sacerdotes a se institutos offert, ut docent Patres omnes, et Concilium Tridentinum loco citato.

Ubi advertit: Sacramentorum est justificare, sacrificii vero est propitiare, sive Deum propitium reddere, ut scilicet peccatorum incipiat misereri, etisque gratiam prevenientem et exultantem largiatur. Eucharistia ergo sive Missa, qua sacrificium est, impetrat nobis gratiam hanc prevenientem, atque simul impetrat remissionem pœnæ peccatis debite, insuperque culpæ venialis: culpam autem mortalem per se non tollit aut abolet, nisi in eo, qui bona fide nesciens se esse in culpa mortali Missam celebraret, huic enim Eucharistia culpam mortalem remittit, primaque gratiam et justitiam confert; sed id facit non qua sacrificium, sed qua Sacramentum est. Unde peccator laicus peccatum suum ignorans, et bona fide Eucharistiam sumens, pari modo ex ea peccati remissionem primaque gratiam et justitiam consequitur.

19. HABENTES ITAQUE, FRATRES, FIDUCIAM IN INTROITU SANCTORUM, IN SANGUINE CHRISTI, — id est per sanguinem Christi, non autem per sanguinem hircorum et; Jutorum legis veteris. Incipit hic secunda epistolæ pars, qua Apostolus more suo a dogmatibus transit ad mores Hebræorum efformandos. Hactenus enim docuit eos, veram fidem, justitiam et salutem petendam esse a Christo, non a lege: jam hortatur eos ad constantiam in eadem fide et pietate Christiana, ne scilicet ob Judæorum persecutiones, odia et honorum expilationes, ab ea desistant. Ita Theophylactus.

Nota: «Fiduciam in introitu,» vel, ut Græce est, *πίστις εἰς τὰ ἁγία*, id est, in introitum, «sanctorum,» vocat Apostolus spem introeundi in Sancta sanctorum, id est, in cœlum. Ita Theophylactus.

Possit secundo, sic explicari cum nonnullis, q. d. In ipso Christi introitu in Sancta sanctorum, id est in cœlum, habemus spem etiam in illud introitus.

20. QUAM INITIAVIT NOBIS VIAM NOVAM, ET VIVENTEM PER VELAMEN, ID EST CARNEM SUAM. — Pronomen quam conheret cum viam novam, refertur introitu sanctorum. Unde aliqui ex Græco clarius hic vertunt et legunt quem, scilicet introitum, sed Latina syntaxi eadem est sententia et sensus, sive veritas quam, sive quem. Hic enim introitus non est aliud, quam via in cœlum. Via enim in cœlum est initium introitus in cœlum

et introitus in cœlum est complementum viae in cœlum.

Secundo, Vatablus in voce *ὁδὸς*, id est *viae*, subaudiens *κατὰ*, paulo clarius ita vertit, cum habemus libertatem introeundi in Sancta per sanguinem Jesu, ea via, quam dedicavit nobis.

Tertio, Syrus hec ita trajicit: *Habemus fiduciam in introitu adis sanctæ, et viam vitæ* (id est, ad vitam et salutem æternam) *per sanguinem Jesu, quam instituit nobis*. Sed hæc versiones licet in se clare sint, verba tamen Græca invertunt et distorquent: unde Latina nostra veris planissima est, et ad verbum Græco respondet, juxta explicationem jam datam.

INITIAVIT, — *ἔκτισεν*, id est innovavit, primus calcavit et inivit, vel etiam dedicavit alisque communem fecit, ut vertit Vatablus; inde enim Eucencia vocantur dies dedicationis. Primus ergo Christus viam in cœlum initiavit, quia primus illam ingressus est, itaque ex invio viam fecit, eamque nobis stravit et complanavit. Alludit enim Paulus ad eos, qui primo vias ob nivem aut similem causam invias ineunt, calcant, easque seculuris pervias efficiunt, uti faciunt in Alpibus incolæ: quod gallicè dicimus, *il nous a frayé le chemin*; et flandricè, *Hy heeft ons den weeg ghebaent*. Hoc enim est viam initiare, et initiando complanare, alisque communem et perviam efficere.

VIAM NOVAM. — Pro novam Græcè est *ἡνέκατος*, id est recentem; novam, nullius pede hactenus calcatam.

ET VIVENTEM, — id est permanentem, seu perpetuæ efficacis, vigentem semper et florentem. Secundo, «viventem,» id est, que ad vitam æternam ducit. Unde Syrus vertit, *דרך דחה אורה* *dechaite*, id est viam vitæ.

Tertio et optime, «viventem,» quia hæc via vivens et animata est caro Christi, et Christus ipse, qui dicit: «Ego sum via, veritas et vita.» Per velamen enim erat via in Sancta sanctorum; velamen, autem hoc significabat carnem Christi, ut subdit Apostolus. Sicut ergo per velamen discissum vel divinum, quasi per viam apertam et patefactam ibatur in Sancta sanctorum: ita per carnem Christi in cruce discissam, quasi per viam inus in cœlum. Itaque sicut via Alpium vocatur via per Alpes, ita via velaminis vocatur via per velamen, id est per carnem Christi. Quare via in cœlum est caro Christi passa, sive Christus ipse passus, quam fide et spe, quasi duobus pedibus incedimus et calcamus, dum credimus et speramus per Christi passionem nos perventuros ad remissionem peccatorum, justitiam, sanctitatem et salutem; itaque hæc via recta pergitur et tendimus ad cœlum. Præclare S. Ambrosius in *Psal. CXVII*, serm. 5: «Creatus, inquit, Christus secundum susceptionem carnis, ut redimeret creaturas. Creatus, ut vias mihi demonstraret æternas, quibus homo redire possit ad Dei regnum. Ergo

quæ principium est viarum Dei, hoc principium sequamur. Prius viam novi ingressus est Testamentum, ut eam sterneret nobis. Si jejunamus, ante nos ille jejunavit. Si pro nomine ejus sustinemus injurias, prius ille sustinuit pro nostra redemptione, cervicis suas pressit in flagella, maxillas suas in palmas; ascendit crucem, ut doceret mortem non esse metuendam. Denique quasi præcedens ait Petro: Tu me sequere; et ideo Petrus cursum consummavit, quia secutus est Christum,» etc.

PER VELAMEN, ID EST CARNEM SUAM. — Hinc patet velum, quod erat ante Sanctum sanctorum, eaque velabat, significasse allegorice carnem Christi, idque apposite. Primo, quia carne Christi velabatur divinitas illius, sicut velo hoc velabatur Deus sedens super Cherubim in Sancto sanctorum. Ita Anselmus et alii Patres.

Secundo, quia per carnem Christi patefactum est cœlum, sicut per velum in altum sublatum patefebant Sancta sanctorum: cuius rei typum velum hoc in passione Christi scissum patefecit Sancta sanctorum, ut significaretur per carnem Christi in passione discissam, viam et aditum nobis esse ruseratum in cœlum, uti jam dixi. Ita Christostomus.

21. ET SACERDOTEI MAGNUM SUPER DOMUM DEI. — Repetè et supple habentes. «Domum Dei» vocat cœlum, ut vult Theophylactus, vel potius Ecclesiam, tam militantem, quam triumphantem. Utrique enim præsidet et imperat Christus.

Notat hic Paulus tria bona Christianis per Christum data, *primum* est fiducia accedendi ad Deum; *secundum*, via strata in cœlum; *tertium*, pontifex et advocatus ipse Christus. Ne quis enim timidiior dicret: Fateor iter esse stratum, sed quomodo terribilem irati Patris, in quem peccavi, conspectum subibo? occurrit Paulus: Ne timeas, inquit, habes Christum pontificem, qui te inducet, et propitium tibi Patrem efficit. Unde infert, dicens: «Accedamus cum vero corde,» etc.

22. ACCEDAMUS CUM VERO CORDE, IN PLENITUDINE FIDEI, ASPERSI CORDA A CONSCIENTIA MALA, ET ABLUTI CORPUS AQVA MUNDA. — Nota: *Cor verum* vocat cor sincerum, non fucatum, quod Hebræi vocant *בשר נעמן*, id est fidele, verum, sincerum.

IN PLENITUDINE FIDEI. — id est, cum plena fide, Græcè, *ἐν πληρώσει πίστεως*. Quod secundo, cum Vatablo verti potest, cum plena persuasione, certitudine et firmitate fidei, ut dixi *Rom. XIV. 5*. Tertio, Syrus vertit, *החיותה בתוכה* *betuchelana dehaimitata*, id est cum fiducia fidei, id est cum fiducia fideli, sive quam parit recta, plena et certa fides.

ASPERSI CORDA (id est in cordibus et mentibus nostris lustrati sanguine Christi, eoque emundati) A CONSCIENTIA MALA. — id est a peccatis, que conscientiam malam et vitiosam efficiunt. q. d. Puris cordibus accedamus ad Deum. Melonymice enim ponitur *aspersio* pro purgatione et puritate,

quæ per aspersionem efficitur. Alludit ad aspersionem sanguinis, qua fiebat legalis expiatio, ut dixi cap. IX, vers. 13. Pari enim modo interna anima expiatio fit per aspersionem, id est, applicationem sanguinis Christi in baptismo. De baptisimi enim aspersione et emundatione loqui Apostolum, patet ex sequentibus.

ET ABLUTI CORPUS AQVA MUNDA. — Aquam baptisimi vocat mundam, id est purgantem et mundantem. Ita Christostomus, Theodoretus, Theophylactus, Anselmus. Non bene ergo id nonnulli negant: nam aqua que jam corpus emundat, non est alia, quam aqua baptisimi. Alludit ad aquam expiationis, ex cineribus vitulae rufæ confectam: Judæi enim immundi, si ea corpora abluerant, legaliter mundabantur, mundique censebantur, q. d. Sicut Judæi immundi aspersi aqua expiationis, eaque emundati, munde, religiose et fidenter accedebant ad Deum in suo tabernaculo et templo habitantem: ita multo magis nos, qui per baptismum non solum in corpore, sed etiam in anima abluti sumus, idque per applicationem sanguinis Christi, quam facit baptismus puro jam corde et corpore, sancta et alacriter ad Deum accedamus.

23. TENEMUS SPEI NOSTRÆ CONFESIONEM INDECLINABLEM. — «Confessionem spei» vocat fidem, fideique professionem, qua baptismum accepturi Hebræi recitantes Symbolum de more, professi sunt se credere in Christum, et per Christum credere et sperare carnis resurrectionem, et vitam æternam in cœlo. Vide dicta cap. III, vers. 1. Evangelium ergo spei confessio nostra. Pari modo Mahomet suam fidem et legem vocavit arabice *אלقرآن* *alcoran*, id est confessio, a radice *قر* *karar*, id est confessus est: eo quod in Alcorano descripsit fidem et legem, quam omnes Mahometani confiteri et profiteri debeant.

Hanc ergo fidem fideique confessionem quam spem jam dictam excitat et acuit, vult Apostolus servari «indeclinabilem,» id est firmam et inconvulsam; que non vacillet, non nutet huic illuc, nec declinet a recto rectaque fide, etiam urgentibus et impellentibus persecutionibus.

Secundo, ut Anselmus, non inclinatur, ut deprimat et devertat ad cupiditatum opum rerumque mundanarum; sed semper quasi ignis more suo sursum acclinet et assurgat, tandemque ad desiderium et prosecutionem honorum cœlestium et æternorum, que sunt objectum hujus fidei, confessionis et spei. Unde subdit Apostolus:

FIDELIS ENIM EST, QUI REPROMISIT. — Deus scilicet, qui hæc bona cœlestia, uti promisit, ita fideliter ea vobis confert et prestabit, si et vos vicissim illi fideles et in fide Christi constantia perseveretis, pro eaque bona terrena contemnatis, et, si opus sit, perdati et profundatis.

24. ET CONSIDEREMUS INVICEM IN PROVOCATIONEM CHARITATIS ET HONORUM OPERUM. — Pro in provo-

Velum quod erat ante Sanctum sanctorum, allegorice significabat carnem Christi.

U

Tria bona Christianis per Christum data.

Confessio fidei cogere debet esse firmam et inconvulsam.

ationem, græce est *απαρθεσις*, id est ad existimabonem, q. d. Homines vitiosi considerant vitiosa aliorum exempla, ut ea imitentur; vos vero, o Hebræi Christiani, considerate mutua Christianorum exempla charitatis, aliorumque bonorum operum, que vos provocent et incitent non ad invidiam, sed ad imitationem, ut scilicet pro omnibus vestris tam negotiosis, corporeis et inanis legalibus observantiis, observetis et excercetis tantum officia et actus charitatis, aliarumque virtutum, sicut alios Christianos videtis facere. Quemadmodum enim ferrum ferro acuitur, et lapis lapidi allisus ignem elicit: sic anima animæ commorans, ad eadem ipsam incitat, ut charitate ardeat, sicut et ipsa ardet, ut notat Chrysostomus et Theophylactus: tanta vis est exempli. Et quis dubitet in illo nascentis Ecclesie fervore Christiano, virtutum fuisse ferventissimam contentionem?

23. NON DESERENTES COLLECTIONEM NOSTRAM, Sicut consuetudinis est quibusdam. — Pro collectionem græce est *συναγωγὴ*, id est aggregationem, ut verit Vatablus et Erasmus. Per aggregationem et collectionem hanc, Apostolus primo, intelligit Ecclesiam, q. d. Ne desertis, o Hebræi, per apostasiam aut heresim Ecclesiam Christianam, cui aggregati estis, et in qua collecti et compacti estis, quasi in unum idemque corpus Christi mysticum. Timebat enim Apostolus, ne Hebræi metu et persecutione Judæorum, ab Ecclesia ad Synagagam et Judaismum decederent: hinc ad eos in fide et Ecclesia Christi confirmandos identidem eos ad constantiam adhortatur, hicque, finis et uti dixi initio epistolæ, finis et scopus est totius epistolæ. Unde et subdit: « Voluntarie enim peccantibus (apostatantibus) nobis post acceptam notificationem veritatis, jam non relinquuntur pro peccato hostia. »

Secundo, per aggregationem et collectionem hanc intelligit Apostolus cœtus Ecclesie et conventus fidelium ad sacram synaxim, et ad verbum Dei precesque publicas: hos ergo conventus vult Apostolus a Christianis diligenter frequentari, tum ut publice fidem suam profitentur, Deumque colant, et publicas et laudes et gratiarum actiones persolvant; tum ut in iis invicem excitent et provocent ad charitatem et bona opera, ac præsertim ad constantiam in fide, instante persecutione. Illi enim publici et mutui congressus mire fovent fidem et charitatem, que in secessu et separatione diuturniori languescit. Sic enim S. Ignatius, in suis epistolis assecla et sector S. Pauli, patris post Pauli tempora, Ephesios et Smyrnicos cohortatur, ut frequentent hos cœtus Ecclesiasticos, et causam reddat: « Quia, inquit, confirmabunt vos; » ac minatur, si ab iis se subtrahant, fore ut excidant a fide et charitate. Ita quoque explicant S. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, &c. Invenimus. hic sensus sonexus est et subordinatus priori: qui enim

Ecclesie cœtus negligunt et deserunt, facile quoque urgente persecutione, Ecclesiam ipsam fidemque Christi deserunt et abnegant.

Mala ergo novantes hunc locum torquent contra vitam eremiticam. Apostolus cum loquitur de iis, qui Ecclesiam, vel ob metum, vel ob desiderium negligunt aut deserunt; non autem loquitur de iis, qui turbam seculi et secularium conversationem, pietatis, puritatis et contemplationis studio fugiunt. Adde, Eremitas omni sæculo solere diebus Dominicis et festis ad sacras synaxes, preces et collectiones spirituales in Ecclesiam convenire, eaque que ibi audierant, in eremum redeuntes per hebdomadam meditari et exercere.

Sicut consuetudinis est quibusdam. — Insinuat Apostolus aliquos tepidiores et torpidiores, a fide et Ecclesia Christi metu Judæorum defecisse, ut notat Theodoretus, ideoque reliquos eandem apostasiam metuens, eos tota epistola ad constantiam animat et corroborat.

SED CONSOLANTES. — Græce *παρηγορητικὴ*, id est consolantes, vel etiam exhortantes, scilicet singuli, non tantum seipsos, sed alios, ut scilicet alter alterum in persecutione solatur, exhortatur et instiget tum ad constantiam in fide et Ecclesia Christi, tum ad conventus Ecclesiasticos et cœtus fidelium frequentandos: quævis fide et Ecclesia Christi fovemur et conservamur; nam illo tempore, prout præsertim ferebat, aut sedabatur, hic illucere fiebant conventus et synaxes. Vult ergo Apostolus ut quisque proximo horum et locum conventus indicet et admoñeat, ad eumque cohortetur et excitet. Id exigit filium orationis Paulinæ, et colligitur ex S. Ignatio et Chrysostomo jam citatis. Id fecisse Martyres primis trecentis Ecclesie annis patet passim ex eorum Actis. Vult autem Apostolus ut alter alterum ad hoc excitet, proponendo tum alia, tum vel maxime spem glorie et retributionis æternæ brevi consequendæ. Hoc enim est quod subdit:

ET TANTO MAGIS, QUANTO VIDERITIS APPROPINQUANTEM DIEM. — Græce *ὅτι ἴσατε*, id est, illum diem, scilicet iudicii et excidii tum orbis, tum urbis Hierosolymæ sub Tito et Vespasiano: quæ antonomastice dicitur dies, in qua hostes vestros Judæos extrema ultio, vos vero plena laborum et afflictionum omnium manet merces et retributio. Nam ex acrimonia persecutionum, bellorum, tumultuum, ac præsertim ex abouinatione desolationis, quam brevi veniit estis, aliisque signis predictis a Christo, Matth. xxv, facile videre potestis, o Hebræi, sensum magis et propinquare, imo instare hanc diem excidii urbis Hierosolymæ. Agile ergo, durate medicum in persecutione, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Nota: Alludit Paulus ad verba Christi, Matth. cap. xxiv, vers. 33, et Lucæ xxi, 28, ideoque neque ac Christus confuse et mixtum loquitur de die iudicii et excidii tum orbis quam urbis, eo quod Apostoli, et post eos alii Christiani putarent eo-

dem tempore fore excidium urbis et orbis. Putant enim Jerusalem cum templo diruendum esse in glorioso Christi adventu et regno, quod erit in fine mundi et excidio orbis. Id sibi colligere videbatur ex dictis Christi, Matth. xxii, 7 et 8, et Matth. cap. xxiii, vers. ult. et penult., sed non recte, ut ibi dixi. Christus tamen et Paulus, ut eos in metu et spe contineant, eos in hoc errore relinquunt.

26. VOLUNTARIE ENIM PECCANTIBUS NOBIS POST ACCEPTAM NOTITIAM VERITATIS, JAM NON RELINQUITUR PRO PECCATIS HOSTIA. — Galenus ex Clemente Alexandrino, lib. II Stromat., putat Apostolum loqui de quolibet peccato, quod voluntarie et ex certa scientia committitur, atque asserere quod omne tale ægre remittatur. Verum ex circumstantiis patet Apostolum tantum loqui de peccato apostasie: dat enim hic causam cur dixerit versus præcedenti non esse deserendam collectionem nostram, quia scilicet, si id faciamus, non relinquetur nobis hostia peccati hujus expiatrix: ergo pro voluntarie peccatis intelligit deserentes collectionem, id est, cœtus Ecclesie, ipsamque Ecclesiam. Unde pro peccantibus, græce est *ἀναστρέφοντες*, quod cum Ribera verti potest, deficientibus vel descendentibus, scilicet ab Ecclesia et fide, quam sponte passiverunt. Peccatum enim Hebræi vocant subinde *ὄντων ασάν*, id est desitionem vel emutationem.

Secundo, id patet ex eo, quod ait: « Peccantibus post acceptam notificationem veritatis, » q. d. Peccant hi, quia fidem agnitam deserunt. Sicut enim in veteri Testamento apostasia ad idola, ita in novo Testamento apostasia a fide ad judaismum vel infidelitatem antonomastice est et dicitur peccatum.

Tertio, id patet ex vers. 29, ubi ait, hos peccantes Filium Dei conculeare, et sanguinem testamenti pollutum ducere, et spiritui gratie contumeliam facere; quia videlicet Christi redemptionem Christumque negant, itaque tam Christo quam Spiritui Sancto ingrati et contumeliosi sunt.

Quarto, quia vers. 32 et seq. hortatur eos ad constantiam in fide et Ecclesia Christiana. Sensus ergo Apostoli est, q. d. « Voluntarie peccantibus, » peccato scilicet apostasie, sive descendentibus voluntarie a Christo et collectione nostra, id est Ecclesia, « non relinquuntur » id est ægre et vix relinquuntur, « hostia pro peccato, » qua peccatum illud expiunt, tum quia tales apostate plane indigni sunt venia, tum quia sua certa malitia et infidelitate claudunt fontes divine misericordie.

Adde, propriis et rigide apostatis Hebræis a Christo ad judaismum deficientibus nulla relinquebatur hostia aut venie spes: quia talibus in tali stato manentibus, nec Christus, utpote quem abnegant, nec alius Messias venturus, utpote qui nullus est, nec leges sacrificia, utpote infirma et iam abolita, progressæ poterant. Tales ergo Hebræos (qualibus hic loquitur Apostolus) non hos-

tia, non venia, sed terribilis tantum Dei ultio manent.

Nota: Chrysostomus, Ambrosius, Anselmus et Theophylactus, per hostiam pro peccato, intelligunt baptismum: quia baptismus est figura mortis Christi, qui fuit hostia pro peccato, q. d. Voluntarie peccantes post baptismum, nullo amplius baptismo expiari possunt. Sed hoc durius et coactius est, estque præter mentem Apostoli. Apostolus enim sic peccantibus ait nullam relinqui hostiam, sed tantum terribilem Dei vindictam. Jam si per hostiam baptismum intellexisset, excipere potuisset aliquis dicendo, sic peccantibus non relinqui quidem baptismum, non tamen ideo Dei iudicio et vindictæ eos reservari, quia medium quid eis relinquatur, videlicet positivæ Sacramentum, quod est quasi secunda post naufragium tabula.

Hinc patet, perperam hoc loco abusum esse Novatum, cum docuit lapsis negandam esse penitentiam et veniam; maxime cum ipse non tam negaret penitentiam coram Deo, lapsosque, si penitenter, Deo reconciliari posse, quam contenderet ab Ecclesia non admittendos esse lapsos, etiam si penitenter, ad communionem communemque Ecclesie societatem.

27. TERRIBILIS AUTEM QUEDAM EXPECTATIO IUDICII Vers. 27. (repete, « relinquuntur voluntarie peccantibus, » et apostatantibus), ET IGNIS ENEANTUM, QUÆ CONSUMPTURA EST ADVERSARIOS. — Græce est *πύρξ*, id est, ignis zelum et emulatio.

Ubi nota prosopopeiam: quasi enim ignis tam conflagrationis mundi, quam inferni, esset animatus, essetque quasi bellua, puta leona quodam irritata et exacerbata, furensque ad sui vindictam, ita tribuit illi Paulus sensum et zelum vindicandi peccata in communem Deum admissa. Zelum ergo ignis vocat ignis vehementiam et impetum ulciscendi, qui ignis hic quasi naturalis quodam zelo glorie Dei accensus, ulciscetur et puniet acerrime peccata et injurias in Deum dominum et creatorem suum admissa. Ita Chrysostomus et Theophylactus. Simili prosopopeia Sapiens, Sep. v, 21: « Pugnabit, inquit, cum illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurum, et tanquam a bene curvato arvo nubium exterminabuntur (id est, emittentur et efficientur, scilicet hoc jacula fulgurum in impios), et ad certum locum insilient, et a petrosa ira (græce *ὡς πετρώδης ἔργη*, id est, ex ira lapidatrice, vel saxorum jaculatrice) plenæ grandines mittentur (id est, vibrabuntur. Alludit ad calapatam veterum, qua saxa vel in moenia, vel in hostes conjeti solent): exardescet in illos aqua maris (vide hic zelum maris) et flammæ concurrent duriter: contra illos stabit spiritus virtutis (ventus validissimus), et tanquam turbo venti di-videntur (deserentur, id est, eventabunt) illos: et ad eremum perducet (expulset, id est, desolabit, desolatum faciet) omnem terram iniquitas illorum. »

Errone Novati, de non admittendis lapsis ad penitentiam.

Prosopopeia ignis contra reprobum.

Magis vis exempli bonorum operum.

Finis et scopus totius hujus epistolæ.

Conventus publici Christiani, necnon commentarius Pauli.

Novatum male reprehendunt viliam eremiticam.

Loquitur hic Apostolus de peccato apostasie, quod valde exaggerat.

Ad consuetudinem multo debent exhortari et instigare christiani, ut exemplo Martyrum et Sanctorum.

Apostolus peccatum quæ difficillimum habet vinciam.

Paulus loquitur de die iudicii et excidii orbis.

Ubi nota, hæc que hic impiis comminatur Sapiens, eis obventura, primo, paulo ante iudicium universale: tum enim omnes creatura affligent impiis Antihæretici assessor et precursores, ut patet toto cap. viii et xvi Apocal., et cap. ix. 4.

Secundo, statim post iudicium. De hoc enim tempore proprie loquitur Sapiens, vers. 16 et 17, qui proxima præcedunt, et vers. 1. Videtur ergo dicere hic Sapiens quod data et lata a Christo sententia damnationis in reprobos. mox omnia elementa in eorum vindictam assurgent, quasi lictores et administri Christi domini et creatoris sui, scilicet cælum, ignis et aer, vibrando in eos ignem, fulgura, ventos, grandines, mare, effervescentio et exundando, ut eos cum terra absorbeat et obruat; terra, sub pedibus eorum hiando, ut corpora et animas eorum deglutiat et deturbet in infernum. Vide quantum hic sit zelus ignis et creaturarum omnium pro Deo creatore ac domino suo pugnanti, ejusque offensas et injurias vindicantium.

28. INRITAM QUIS FACIENS *(ἀδελφός)*, id est, cum qui contempserit, violaverit, et, ut Syrus, דַּבְּרֵי דַּאבֵר, id est, qui transgressus fuerit LEGEM MOYSI, SINE ulla MISERATIONE DUOBUS VEL TRIBUS TESTIBUS (convictus) MORITUR. — Probat argumento a minori ad majus, scilicet ex pœna mortis proposita iis qui unum præceptum Moysi repudiassent et transgressi essent, gravissime puniendos eos qui totam Christi legem abjecerint, ab eaque apostataverint.

29. QUANTO MAGIS PUTATIS DETERIORA MERERI SUPPLICA, QUI FILIUM DEI CONSCULCAVERIT, ET SANGUINEM TESTAMENTI POLLUTUM DUXERIT, IN QUO SANGUIFICATUS EST. — Ambrosius et Theophylactus putant hæc dici de iis, qui indigne suscipiunt Sacramenta.

Secundo, Galenus et alii putant hæc dici de juvenis peccato mortali, quod fideles admittunt: per hoc enim implicite et interpretative contemnant et quasi conculcant gratiam, redemptionem, mortem et sanguinem Christi. Verum, ut probavi vers. 26, loquitur Apostolus proprie de apostatis a Christo, Christianique fide et collectione, id est Ecclesie. Hi enim proprie Christum Dei Filium, ejusque sanguinem, quo novum fœdus et testamentum inter Deum et homines de æterna hereditate eis danda sancitum est, quoque in baptismo abluti et sanctificati sunt, conculcant et pollutum ducunt, dum eum, quasi res inutilis, profana, nulliusque momenti, imo falsa et ficta foret, contemnunt, abnegant, abjeiunt: et hoc ipso Spiritu gratia, id est, Spiritui Sancto, qui est auctor gratia in Christi baptismo acceptæ, quæ eos Deo gratos, sanctos, Deique amicos et filios efficit, contumeliam faciunt.

Nota. Pro pollutum græce est *κακός*, id est commune. Jam « commune » phrasi Hebræa idem est, quod immundum et pollutum. Nam talia erant illa, cum communia erant Gentibus, sive

quibus Gentes incircumcisæ et immundæ communitur utebantur, ut dixi Rom. xiv. 14. Ita Chrysostomus.

Secundo tamen, commune hic proprie accipi potest, q. d. Tales apostata estimant Christi sanguinem quasi commune sanguinem, qui non differat a sanguine hircorum, taurorum, vel aliorum hominum. Unde Syrus verit, et *astimaverit sanguinem testamenti* כְּדָבָר אֶחָד אֶחָד *ach decubus*, id est, tanquam cujuslibet alterius, scilicet hominis.

30. SCIVUS ENIM QUI DIXIT: MIHI VINDICTA, ET EGO RETRIBUAM, — q. d. Ut scialis tales apostatas gravissime puniendos, scilicet et cogitate Deum esse terribilem; utpote qui dixit Deuter. xxxii: « Mihi vindicta, » scilicet competet. Vide dicta Rom. cap. xii, vers. 19.

QUIA JUDICABIT. — Beza verit, *gubernabit*; sed perperam: agitur enim hic de ullione, non de gubernatione. « Judicabit » ergo, id est puniet et plectet: sic et alibi sepe sumitur per metonymiam.

31. HORRENDUM EST INCIDERE IN MANUS DEI VIVENTIS. — Est emphasis in epitheto « viventis, » q. d. Deus noster non est saxum, non idolum, uti sunt dii Gentium, qui oculos, aures, manus habent, sed lapideas, quibus nihil sentiunt: Deus enim noster est vivens, ac consequenter tangitur, et sentit apostasiam a se, et apostatarum in se injurias, hisque irascitur, easque vindicat *(ἀπομιμν)*.

Secundo, vivens est Deus, quia immortalis et æternus, in perpetuum vivit et viget, ut nunquam ipsius oculos, memoriam aut manus effugere possit. Ita Theophylactus.

32. REMEMORAMINI PRISTINOS DIES, IN QUIBUS ILLUMINATI, MAGNUM CERTAMEN SUSTINISTIS PASSIONUM.

— Hactenus excitavit Apostolus Hebræos ad constantiam in fide, terrore iudicii et gehemæ; nunc quasi sapiens orator, ut notat Theophylactus, terrorem hunc lenit; et quo suavius in eorum animos infundit et persuadeat, urget eos alio argumento, petito a laudibus Hebræorum, et prima illorum in fide constantia, q. d. Hactenus fortes in persecutione persististis; pergitte, non alios, sed vos ipsos imitamini, aspiciete primam vestram constantiam: cucurristis bene, ad medium stadii pergitistis, exiguum agonis restat; palma vobis est ante oculos, est pene in manibus, nolite eam apostatando abjicere, aut prodigere. Hoc enim non tantum pudendum, sed et stultum ac stolidum foret.

ILLUMINATI, — id est baptizati: baptismi enim effectus est, mentem illuminare Christi fide, cognitione et gratia. Unde S. Dionysius et Græci patres baptismum vocant *φωτισμός*, id est illuminationem. Vide dicta cap. vi, vers. 4, q. d. Paulus: Initio baptizati et conversionis vestre, o Hebræi Christiani, generose a Judæis vexationes, irrisiones, spoliationes et exilia pertulistis: thronos tanta presulistis, quid ergo decet vos jam viros et ma-

lites, tot annos in Christi militia exercitatos, facere et præstare?

33. ET IN ALTERO QUIDEM OPPROBRIS ET TRIBULATIONIBUS SPECTACULUM FACTI. — « In altero, » id est, in altera parte, hoc est, partim. Græcum *ὁρατὸν* respondet Hebræo *רָאוּ* 26, quod sæpe ponitur pro *רָאוּ* *baze*, id est, in hoc, hoc est, hac parte.

Posset secundo, *ὁρατὸν* referri ad *παθητόν* quod præcessit, ut intelligatur *ὁρατὸν*, q. d. *ὁρατὸν* *παθητόν*, id est secundum hanc passionem, hoc est, secundum hoc genus passionis, nunc opprobria pertulistis; secundum aliud vero genus passionis, alias talia patientibus compassi estis.

SPECTACULUM FACTI. — Id est, publice infamati, et quasi rei plectendi per theatrum traducti estis, publice ab omnibus quæ in theatro irrisi estis: hoc enim significat Græcum *ὁρατὸν*. Idem enim est, quod *ὁρατὸν* *ἐπιθετόν*, id est theatrum, sive spectaculum facti estis, uti rei ad hones, bestias, ignes allaque supplicia damnati publice theatro spectantur. Hac enim significatione I Cor. iv. 9, ait Apostolus *spectaculum*, græce *ὁρατὸν*, id est theatrum, *facti sumus*.

IN ALTERO (id est partim) AUTEM SOCH TALITER PATIENTIUM (talita opprobria et tribulationes patientium) EFFECTI. — q. d. Vos, o Hebræi Christiani, multa a Judæis ob fidem Christi passi estis, et simul quasi socii animo favistis et compassi estis, reque ipsa, consilio et opera justis alios Christianos, tam Judæos, quam Gentiles, qui ob eandem Christi fidem, sive in Palæstina, sive extra eam, tam a Gentilibus, quam a Judæis, opprobria, tribulationes et vincula passi sunt: adeoque in illis vos passi estis, quia ipsorum ærumnas et passiones per compassionem vestras fecistis, itaque eas sensitis, ac si vos ipsos tetigissent. Agile ergo, pergitte et persistite in hac vestra patientia, fortitudine et constantia.

34. NAM ET VINCTIS COMPASSI ESTIS. — Noster cum Syro legit *ἀσπίνας*, id est vinctis. Jam legit *ἐνυκτίσας*, id est vinculis meis, quibus scilicet ego Paulus Romæ a Nerone vinctus fui, compassi estis. Ita Chrysostomus, Theophylactus et Cæcumenus. Compassio hæc non verbalis nec mentalis tantum, sed realis fuit. Sic enim misericordes divites pauperibus compatiuntur, cum eorum miseriam danti stipe levant.

Mira fuit Christianorum charitas et beneficentia in martyres Christi causa vinctos, ut patet tantum ex Tertulliano, et Cypriano, sed etiam ex ipso Luciano in *Peregrino*, ubi narrat, quod Peregrinus hic, licet infidelis esset et fluxerit, et carceri tamen de causa Christianum se fluxerit, et carceri pro fide Christi se obtulerit, ut eleemosynis fidelium tam largis potiretur.

Ita Clemens, lib. V *Constit. Apost.*, cap. 1, jubet ut fideles martyribus et vinctis pro Christo subventis suis opibus. « Sin vero, inquit, aliquis non habet, jejunet, et cibum ejus diei paritibus destinat sanctis. Si vero potest, rebus suis omnibus dividet,

ex custodia eripere, beatus et amicus Christi erit. » Et mox: « Quod si isti (vincti pro Christo) tales sunt. Iis Christus testimonium coram Patre tribuit, non debet pudere vos ire ad eorum carceres: hoc enim si feceritis, vobis vice martyrii habebitur; quod illi quidem reipsa martyrii subierunt experiendo, vos vero aliter, nempe voluntate prompta, tanquam facti socii certaminum illorum. Talibus enim ait Dominus: Venite, bene dicit Patris mei, possidite paratum vobis regnum, etc. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; in carcere eram, et venistis ad me. »

ET RAPINAM HONORUM VESTROBUM CUM GAREO SUSCEPISTIS. — Cum scilicet bona vestra publico magistratus Judæi edicto, eo quod Christiani essetis, fisco addicta sunt.

Ita Wandali duo sub Genserico rege Ariano sæpius confessores, comitante matre, contemptis omnibus divitiis, cum Clericis ad exilium perrexerunt, ad quod eos mittebat Illicerius.

Ita Murilla Diaconus, et quatuor Clerici Carthaginiensis Ecclesie ab Illicerio bonis spoliati et in exilium trahi, cum, Episcopis Ariani suggerentibus, ducentes sine tortoribus auferent eis id quod Christiani ad victum largiebantur, quisque eorum alacer cantabat: « Nullus exivi de utero matris mee, nondum oportet me ad exilium pergere: quia Dominus novit esurientibus cibum porrigere, et in deserto vestire. » Ita Victor Vicensis, lib. III *Wandal.*

Ibidem alios memorat, qui bonis spoliati et in exilium acti, cum gudio canebant: « Hæc est gloria omnibus Sanctis ejus. » Si: Iur ad astra. Festinemus ad coronas nobis a Deo in cælo paratas.

Inter alios memorabilis fuit Satorus, cui cum Illicerius post-promissa multa minaretur, ni fieret Arianus, se domum ejus, substantiam, filios et familiam di-tructurum, atque uxorem ipso presente camellario in conjugium traditurum; cumque uxor hæc audiens concessis vestibus, soluto crine, cum filijs et infantula quam lactabat, ad mariti gentem accideret, diceretque: « Miserere mei sicut et tui, miserere communium liberorum, ducis-ime conjux. Non subiaceat conditioni servili, quos claros reddidit prosapia generis nostri. Non subalar camellario, que mihi inter cosevas semper plaudibam de Satoro meo. » Respondit Satorus quasi alter Job: « Tanquam una ex insipientibus mulieribus loquaris. Formidarem, mulier, si sola esset hujus vite amara dulcedo. Si diligeres maritum, nunquam ad secundam mortem ultrahores proprium virum. Distrahant filios, separent uxorem, auferant substantiam, mei Domini ego securus de promissis verba tenebo: Si quis non dimiserit uxorem, filios, agros, aut domum, meus non poterit esse discipulus. » Quid ultra? discedente muliere cum filijs rejecta, confortatur Satorus ad coronam, disceditur, expoliatur, pœnis conteritur, medicus dimittitur. Inter-

dicitur ei prodeundi accessus, totum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non poterunt, inquit Victor, lib. 7. *Wandal.*

He veterum corone; audi pares hujus ævi: anno 1643, in Japonia gravis in Christianos exarsit regis et principum ira ac persecutio. Christiani permulti etiam e prima nobilitate bonis omnibus privati in exilium expulsi sunt. Hanc molestant adeo ipsi non defugere, ut exultantes bonis cederent, quin et ultro Gubernatori nomina sua deferrent, seque Christianos esse profiterentur. Rex, licet eis indignans ob fidem Christi, constantiam tamen admirans laudavit: quinimo quemdam capitaneum qui bonis metuens regi cesserat et fidem abdicarat, torve intuitus, ejusque vilem et abjectum animum increpans, officio et militari cingulo spoliavit, bonisque privavit. Christiani ut se magis obarmarent, sodalitates Martyrum instituerunt, ad quam mox tria capitum millia esse aggregarunt. Hujus prima lex est: « Si pro fide Christi bona adimantur, hoc spoliū forti et libenti animo tolerato. » Secunda: « Pari constantia et animo exilium et mortem pro christianismo excipito. » Quocirca plures eorum quod verbis professi erant, re ipsa presterunt. Arime regulus cædi Christianorum tribunal crexerat, diem dixerat: mox ad viginti Christianorum millia ultra se Arime siterunt, ut se Christianos profiterentur, et martyria tum spectarent, tum obirent. Territus tyrannus cessit, et paucorum necem suam furorem satiavit. Ex illis octo vivos cremari jussit, inter eos erat pater et mater cum filio et Sifa. Filia Magdalena nomine, virgo viginti annorum, exultans in mediis flammis, carbones ardetes capiti imposuit (quod apud Japonensium reverentia est signum) ut se prunis illis quasi purpureis rosis, aut candentibus carbunculis coronaret; frater ejus Jacobus, duodennis solutis igne vinculis, prunas quas vicerat festinus caleans, ad matrem pariter ardentem gratulabundus occurrit, terque sanctissima Jesu et Mariæ nomina contentiori voce inelamans, beate matris gaudia cumulans, ad ejus latus extinctus concidit.

Audi Anglicana, quæ partim ex Didaco de Yepes, Episcopo Tarraconensi, lib. II *Histor. de Persecut. Anglic.*, partim a viris fide dignis testibus oculatis accepi.

Duas e tribus bonorum partes viduæ nobilis, quod hereticorum templa frequentare nollet, fisco hæretici addixerunt: cumque ipsa ab amicis adjuva, a fisco his terque propriam domum agrosque conducebat, et paulatim ditesceret, his terque duabus bonorum partibus rursus spoliata est, quod ipsa miro cum gaudio letitiaque tulit.

Alius magnam pecuniarum summam, quæ ad vitam sustentandam sola restabat, apud amicum Catholicum deposuerat, quom reperitam abstinere satellites (*Poursuivantes* vocant Angli.) ipse

certior de rapina factus, sublati in cælum manibus, gratias maximas Deo egit, quod ex illa hora enim in suum patrimonium, curam et providentiam suscepisset, solumque dolebat quod pecunie quantitas amissa major non fuisset.

Alia femina primaria uxor Guëelmi Læci, gloriosi postmodum martyris, qui bona omnia, præcipuaque munia, eo quod hereticorum templa non adiret, gaudens amiserat, post direptionem bonorum perpauperem et inopem vitam ducebat, tanta cum letitia, ut Deo pro tanto beneficio dignas gratias se agere non posse affirmaret, eo quod una cum bonis superfluas curas, sollicitudines et mundanas obligationes ei abstulerat, eamque tempus ad æternam animi salutem comparandam hac ratione concesserat; et quamvis ob assiduas persecutiones domicilia terraque mutare crebro cogere, tanto tamen gaudio et consolatione fruebatur, ut a Deo instanter peteret, ne exiguas suas ærummas in hac vita remuneraret, sed dolorem aut infirmitatem aliquam corporalem ad magnum animi gaudium temperandum, et peccata sua dum videret, purganda, dignaretur immittere, quod divinitus ei prescriptum est: sex enim vel septem ante obitum annos continuis gravissimisque doloribus et infirmitatibus exercita fuit, quas ipsa summa animi æquitate et alacritate sustinuit.

D. Franciscus Tregianus, antiquæ et nobilissimæ familie, quod R. D. Cuthbertum Maynum seminarium Duaceni sacerdotem, et seminaristarum omnium protomartyrem hospitio excepisset, amplissimo patrimonio spoliatus est, et viginti quinque annos captivus vixit. Ferunt eum, cum sententia de amissione bonorum, et perpetuis læceribus ferenda esset, bysso candida vestitum comparuisse, et post latam sententiam dixisse: « Pereant bona quæ, si non perissent, fortassis dominum perdidissent suum. »

Excellentissimus Arondelie Comes, Philippus Houardus, Norfolciensis Ducis filius et hæres, religionis Catholice ergo dum in Galliam fugam parat, captus, in turrim Londinensem conjectus, et demum ad tribunal ductus et condemnatus est: post duodecim aut circiter captivitatis annos in vinculis gloriosus confessor, imo martyr obiit. Ille supremus in Anglia Comes et familie nobilissima, mirum dictu et quanta amicit, et qua animi æquitate novecantis fortunæ fluctus sustinuit; in carcere enim captivus Catholicis omnibus non exemplo modo, sed etiam singulari solatio fuit; nullus unquam de bonorum rapina conquerentem, nullus de carceris incommodis, de negata libertate dolentem audivit; imo conquerentes et dolentes alios ipse nunc verbis erigere, nunc mira qua pollebat comitate consolari solebat. Illi præter Deum, et cælestium rerum contemplationem sapiebat nihil; pecunias quas pro sustentatione Regia illi (nam juxta dignitatis gradum) solus minusve in turri captivus assignatur) con-

cessit, tenui et parco ipse contentus cibo, inter pauperes distribuit, alia multa dixit, fecit, sustinuit illustrissime Comes, quæ antiquorum primitivæ Ecclesie herorum factum vel æquent vel superent, et dignissima sunt quæ æternitati consecratur. Hæc pauca et multis.

Macto animo, Angli Orthodoxi, æmuli primorum Christianorum et Martyrum. Hæc est felicitas vestra, quod hoc sæculo persecutionibus procelloso, in Anglia nati, soli pene speretis, soli ambistiis martyrium, sive breve illud detur, sive longum et lentum pro assiduas rapinas et vexationes. Ita constantes pergit. Hæc est gloria Anglicanæ Ecclesie, quam nulla ætas, nulla sæcula obliterant. Rapinam ergo bonorum vestrorum cum gaudio suscipite. Ecce cælestes opes et immensas æthere vobis exhibent angeli. Sustinete animose ad modicum carceres, verbera, vestroprobra, furcas, ignes, cruces pro Christo vestri amore crucifixo. Ecce æternas laureas, ecce divinas coronas et cælo vobis ostentat et adornat Christus, amor vester et noster. Invidet vobis gloriosum sanguinis martyrii pseudoepiscopis: ad eo gloriosus in fortibus exhibet, quo durius et lentius. Certi estote, in hac rapina nobilem vobis dari martyrii lauream. Hæc enim rapina vitam non qualem qualem, sed nobilem et gradu vestro dignam, non vobis solis, sed toti familie et posteritati eripit, itaque non unum hoc et simplex, nec unius, sed multiplex et multorum est martyrium.

COGNOSCENTES VOS HABERE MELIOREM ET MANENTEM SUBSTANTIAM. — Pro « vos, » græce est *εστέ*, id est vobis; sed corrigendum videtur *εστέ*, id est vos, uti nonnulla exemplaria habent, itaque legit noster Interpres; illudque sententia ipsa exposcit. Rursus, ad *substantiam*, Græca addunt, *ἐν σὺνείπει*, id est in cælis. Certum enim est de cælesti substantia et opibus loqui Apostolum, *q. d.* Cum bonis vestris pro fide Christi spoliaremini, gaudebatis, quia cogitabatis, quod, licet in terris ad pauperem redigeremini, per hoc tamen divites efficeremini in cælis apud Deum, qui bona vobis erepta cum fœnore centuplicata reddet.

38. NOLITE ITAQUE AMITTERE (πὴ ἀπολείπειν, id est, ne abjiceritis) CONFIDENTIAM VESTRAM. — Græce *καταλείπειν*, id est *libertatem*. Est metalepsis. Pro *libertatem* enim intelligit fiduciam, quæ parit libertatem, ut scilicet Christianus in fide constans, qui bonorum expilationem gaudens subit, eo quod cogitaret et speraret meliorem substantiam et opes a Deo in cælis se adepturum, per hanc spem et fiduciam libere et fidenter audeat a Deo, pro quo bonorum jacturam fecit, sperare et petere hæc meliorem substantiam, et opes cælestes.

Rursus secundo, et consequenter pro fiduciam sive confidentiam, intelligit substantiam et opes, quas Christianus ita expilatus, a Deo in cælis se recepturum sperat et confidit. Est enim metonymia.

qua ponitur actus pro objecto, scilicet confidentia pro opibus, quas quis se adepturum confidit, *q. d.* Magnas spes, quas antequam primitivæ repositas apud Deum in cælis; nolite eas abjicere et profundere per pusillanimitatem, impatientiam et apostasiam; sed in vestra fide, spe et patientia persistite. Ita fiet ut harum opum, et horum meritorum magnam remunerationem et magna præmia sitis percepturi.

36. PATIENTIA ENIM VOBIS NECESSARIA EST. — Pro patientia græce est *ὑπομονή*, id est sustinentia, longanimitas et patiens expectatio liberationis et præmii, qua duramus in persecutionibus, ærumnis et rebus adversis, atque meliorem sortem longanimitate expectamus. Unde subdit: *Adhuc modicum sustinete*, nam qui venturus est veniet, et non tardabit, ut vos hac persecutione liberet. Hæc sustinentia necessaria est ad hoc, ut retineatur confidentia jam dicta: qui enim amittit hanc sustinentiam, amittit et confidentiam, ac consequenter et reprobationes melioremque substantiam, quam se adepturum confidebat in cælis, *q. d.* Paulus, ut explicat Chrysostomus: « Unum tantum vobis deest, o Hebræi, ut scilicet perseveretis et expectetis futura, non ut iterum cælestis: ad ipsam jam coronam proximi facti estis: ceteramina cuncta sustinuitis, vincula, tribulationes; substantiam vestre direpte sunt. Quid ergo restat? state ut cororemini: hoc solum agite, ut expectetis adventum coronæ. » Simili modo ad patientiam, id est, patientem expectationem liberationis et præmii fideles hortatur S. Jacobus, *cap. v. vers. 27*: « Patientes, inquit, estote, fratres, usque ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat tempora et serotinum (imbrem): patientes estote et vos, et confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquavit. » Ubi pro *patienter ferens*, græce est *υπομένοντες*, id est, longanimitate expectans; et pro *patientes estote*, græce est *υπομένετε*, id est, longanimitate expectate et sustinete, adventum scilicet Domini, qui brevi judex aderit, ut vos pios et justos coronet, vestros vero persecutores impios et injustos condemnet. Hinc rursus S. Chrysostomus, homil. 33 in epist. I ad Corinth. : « Patientes, inquit, vocatur longanimitas, quia longum et ingentem habet animum. » Et Gregorius, homil. 33 in *Evang.*: « Patientia, ait, est martyrium in occulta cogitatione. » Quocirca S. Hieronymus, in *Epistopho Paulæ ad Eustochium*: « Mater, ait, tua longo martyrio coronata est. Non solum enim devotus sanguinis in confessione repulatur, sed effusio quoque mentis servitus immaculata quotidianum martyrium est. » Huc perinet illud S. Bernardi in *Octava Paschæ*, serm. 4: « Est, inquit, in quotidiana corporis afflictione. Est et baptismus aliquis in compunctione cordis et lacrymarum assiduitate. Sic quippe infirmis et pusillis

Locus moralis de patientia et longanimitate expectatione salutis divini tribunalis.

corde necesse est, ut quem semel pro Christo ponere non sufficit, saltem mitiori quodam, sed diuturniori martyrio sanguinem fundant. »

Patientiam homini necessariam esse docuerunt pariter Gentiles. Bion aiebat, « magnum malum esse, non posse ferre malum : absque hoc enim nulli potest esse vita suavis. » Testis Laertius, lib. IV, cap. VII.

Antisthenes dicebat, « virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec ulla re opus habere nisi robore Soeratico. »

Socrates autem ad omnium rerum patientiam obdurerat. Testis Laertius, lib. VI, cap. I.

Apesilus cum arderet podagra doloribus, eumque Carneades invisisset, atque exisset tristis : « Mane, inquit, Carneades, nihil enim illine (ostendens pedes podagricos et pectus) huc pervenit : » significans pedes quidem dolere, sed animum dolore vacuum esse. Testis Plutarchus in *Lacon*.

Zeno percontanti, quo pacto esset affectus erga convicia : « Perinde, inquit, atque si legatus absque responso dimittatur. » Quid jam faciat Christianus, cui tanta patientie premia et coronæ e celo ostentantur?

Notat Tertullianus, lib. *De Patientia*, cap. XV, patientiam Christiano ita necessariam esse, ut omnibus hominis actibus et Dei mandatis intervenire et intermisceri debeat. « Patientia, inquit, fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, penitentiam expectat, exomologesin assignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frenat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat; pauperem consolatur, divitem temperat; infirmum non extendit, valentem non consumit; fidelem delectat, Gentilem invitat; servum domino, Gomitium Deo commendat; feminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in juvene, suspicitur in senes; in omni sexu, in omni ætate formosa est. » Deinde patientie effigiem et habitum ita depingit : « Vultus, ait, illi tranquillus et placidus, frons pura, nulla meroris aut ire rugositate contracta; remissa æque in lætum modum supercilii; oculis humilitatis, non infelicitate dejectis; os taciturnitatis honore signatum; color qualis securis et innocis; motus frequens capitis in diabolum, et minax risus; amictus circum pectora candidus et corpori impressus, ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno spiritus ejus mitissimus, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est terrene serenitatis, apertus et simplex, quem tertio vidit Elias. Fatigetur ergo improbitas patientia tua: quod si patientie incubabo, non dolebo; quod si non dolebo, ulcisci non desiderabo. »

UT VOLUNTATEM DEI FACIENTES, REPORTETIS PROMISSIONEM. — PRO FACIENTES GRÆCO EST ΠΡΟΪΣΤΑΝΤΕΣ; id est, ut, cum feceritis et compleveritis usque ad

finem voluntatem Dei, quæ est ut perseveretis et crescat in fide, patientia et charitate Christi. tunc reportetis promissam vobis substantiam et opes in cælis.

37. ADHUC ENIM MODICUM ALIQUANTULUM, QUI VENTURUS EST, VENIET, ET NON TARDABIT. — Græce *μικροὶ ἔτιον ἔτιον*, id est, parum tantum tantum, id est tantillum, perpusillum, modicum et aliquantulum. Hebræi enim per geminationem significant superlativum, ut cum dicunt ficus bonas bonas valde, intelligunt ficus optimas: sic parum parum, id est minimum; tantum tantum, id est tantillum.

Nota: Citat Paulus Habacuc prophetam, qui cum cap. I graviter questus esset, quod impii Chaldaei piis Judæis dominarentur, Deusque eos et res humanas negligere videretur: respondet et Deus cap. II, Cyrum esse venturum, qui Judæos Babylone liberet, et allegorice Christum esse venturum, qui impios judicet, et pius ab eis afflictos consolat. Id cepit facere Christus primo suo in carnem et mundum adventu: tunc enim pauperes, humiles et lugentes in Sion, ut ait Isaïas cap. LXI, consolatus est; superbos autem et incredulos Phariseos et Judæos a fide, gratia et Ecclesia sua repulit. Perfecte autem id ipsum faciet Christus in secundo suo ad iudicium adventu, cum regnum peccati evertet, et impios gehennæ, pius cælo addicet, q. d. Brevi veniet Christus ut liberet nos tum inchoate a peccato et demone primo suo in mundum adventu, tum completa ab omni malo et miseria in secundo suo adventu ad iudicium, quo venturus est tanquam iudex, ut tyrannos et impios condemnet, patientes, pius et fideles premiet et coronet.

De utroque ergo Christi adventu loquitur Habacuc, cap. II, magis tamen de secundo, de eoque illum hic explicat Paulus, ut hisce ejus verbis et promissis Hebræos excitet ad spem, patientiam, constantiam et fortitudinem, in tolerandis persecutionibus pro fide Christi.

Nota: Paulus non tam verba, quam sensum Habacuc citat. Habacuc enim non habet hæc verba : « Adhuc modicum aliquantulum; » sed : « Expecta illum, quia veniens veniet, et non tardabit. » id est, post modicum tempus, brevi et cito veniet.

Dices : Quomodo ergo paulo ante ait Habacuc, hanc visionem esse procul, id est longe remotam et post multa tempora futuram. Respondet: Remota erat in se tempore Habacuc, presertim quatenus Messiam, sive Christum, ejusque tempora spectabat; quatenus vero cum Deo Deique æternitate, in qua hæc videbat Propheta, comparatur, eatenus prope erat, et post modicum tempus futura. « Mille enim « anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ quæ præterit, » *Psalm*. LXXXIX, vers. 4. Et sic omnino præsens « ita, voluptas æque et afflictio momentum est, si cum æternitate conferatur. » Momentaneum, tanquam

Locum Habacuc I. Hinc infero.

Christi venit consolari humiles, pauperes, lugentes in Sion.

Justitia inchoatur, conservatur et progreditur.

Oratio temporis in Dei eternitate et anni modicum.

Apostolus, « leve tribulationis nostre æternam gloria pondus operatur in nobis. » Utinam hoc modicum pervideamus et dispiciamus!

QUI VENTURUS EST. — Id est Christus: Christi enim nomen est Ἰησοῦς, id est veniens, ut patet *Matth.* XI, 3; *Apocal.* I, 4.

ET NON TARDABIT. — Quin scilicet tempore a se præfinito et promisso veniat, ut suos pius afflictos, atque vos imprimis, o Hebræi, liberet et salvet. Tardare enim dicitur non is qui ultra desiderium et votum expectantium, sed is qui ultra præfinitum et pactum suum adventum differt.

38. JUSTUS AUTEM MEUS EX FIDE VIVIT. — q. d. Interea temporis, donec Christus liberator veniat, justus fide in Deum et Christum suscipit se in mediis malis, ut non abiciat spem et confidentiam, sed in sua justitia et patientia, ut capiat, ita perget per fidem vivere, crescere et proficere.

Nota: Loquitur, ut dixi, Habacuc ad litteram de fide, qua credebant et sperabant Judæi, Deum de juxta promissa missurus Cyrum, qui eos Babylone liberaret; allegorice vero, ut hic explicat Paulus, loquitur de fide in Christum redemptorem: hæc enim fide proprie justus vivit. Vide dicta *Rom.* I, 17.

Nota secundo: Loquitur tam Habacuc, quam Paulus non solum de inchoatione vite justæ et sanctæ, sive de prima justificatione, sed etiam de ejus incremento et profectu, quibus enim rebus se primo producit, isdem conservatur et crescit. Sicuti ergo dicimus nos per halitum, per animam, per calorem naturalem vivere, id est vitam inchoare, conservare et continuare: ita hic dicitur: « Justus ex fide vivit, » q. d. Qui fidem primo accepit, Deoque et Christo credere incipit, hic hoc ipso inchoat viam ad justitiam et ad amicitiam cum Deo ineundam. Pari modo qui jam justificatus est, quique fidem Christi retinet, et bona opesque quas Christus suis fidelibus in cælo promisit, firma fide et spe spectat: hic permasebit in gratia, amicitia et justitia accepta, pro eaque fortiter persecutiones feret, itaque promissæ a Christo opes et præmia in cælis consequetur; qui autem increduli esse aut diffidere Christum cœperint, hi peccabunt, vitamque gratiæ, justitiæ et amicitie, consequenter et gloriæ hereditariæ Dei amittent. Justus ergo, licet sit in captivitate et persecutione (uti erant Judæi tempore Cyri, et Hebræi tempore Christi), licet undique exagiletur, tamen interius in anima sua silens, quietus et lætus vivet in fide et spe sua, qua fidelissimo suo domino, amico et patri inixus, certo credit et sperat se illi curæ esse, ab eo regi, protegi, roborari, ac tandem fidei et constantiæ suæ coronam æternam accepturum in cælis; qui autem incredulus est et diffidit, quia timidus et pusillanimus, ideoque a Deo et Christo imple deficit in tentatione et persecutione, ac consequenter injustus est, hujus « anima, ut habet Habacuc,

enim, non erit recta in semetipso, » sed distorta, turbata, agitata inter spem et metum, inter hæc humana consilia et presidia, ad quæ assidue respicit, ac consequenter non placebit Deo, uti virtutis Septuaginta et ex his Paulus. Est ergo sententia hæc, « Justus ex fide vivit, » generalis et vera, tam in Judæis, quam Christianis, tam in peccatoribus qui primo justificantur, quam in justis qui in justitia permanent et proficiunt: omnes enim hi fide vivunt, id est, vitam animæ, qua vivit anima per gratiam et justitiam, inchoant, conservant et promovent per fidem.

Quod si SUBTRAXERIT SE (scilicet per incredulitatem, diffidentiam, pusillanimitatem, id est, si incredulus fuerit, ut habent Hebræi et noster Interpretes, *Habacuc* II), NON PLACEBIT ANIMÆ MEÆ.

Hebræi et Noster, *Habacuc* II : « Non erit anima ejus recta in semetipso. » Anima enim quæ non est recta, non placet Deo, q. d. Si quis tædio fractus aut animo in persecutione, ahavē adversitate fractus patientiam abruptam, collum et humeros oneri subtrahat; si pressus malis, moraque victus animum despondeat, excidat a fide, et abiciat fidem, spem, justitiam: hic non placebit anima mea. Loquitur Deus humano more, ut notat Galenus, q. d. Non complectar apostatam, nec desolator beneplacito meo; uti complecti soleo eos, qui mihi amica et fideli necessitudine junguntur. Deus enim quasi injeçtis brachiis de collo propendit hominum fortiter pro Christo agentium; ubi autem grati esse desinunt, et remissa contentione laborem *σπουδαίον* (sicut ipse quoque complexum : sicque deservit) incitant, obstinationem, omniaque *αὐτῶν* et *εὐπορίας* collabitor. Rursum talis apostata non placebit, id est displicebit (est enim misios) anima mea, meanque iram et indignationem incurret.

39. NOS AUTEM NON SUMUS SUBTRACTIONIS FILII IN PERDITIONEM, SED FIDEI IN ACQUISITIONEM ANIMÆ. — Filii subtractionis, » id est incredulitatis, et Anselmus, apostasiæ. Hanc enim vocat hic Paulus, secutus Septuaginta *Habacuc* II, « subtractionem. » Nam opponit eam « fidei, » dicens : « Non sumus subtractionis filii, sed fidei, » q. d. Non sumus homines nos subtrahentes, qui scilicet subtrahamus nos et deficiamus a fide et obedientia Christi per infidelitatem. Hinc Erasmus vertit, *non sumus subtractores et detractores obedire*. Opponit enim Apostolus *ἡσυχίαν*, id est tolerantiam et perseverantiam in fide et obedientia Christi. « Filii » ergo « subtractionis » sunt filii Bellai, id est, sine jugo, qui a jugo fidei et obedientiæ se subtrahant et subducunt.

IN PERDITIONEM. — Quasi dicat : Si subtrahamus nos a fide Christi, imus in perditionem et gehennam.

SED FIDEI. — Supple, filii sumus, id est, fideles sumus, credentes et sperantes in Christum.

IN ACQUISITIONEM ANIMÆ. — ut scilicet hæc fide

Deus deservit se prius, etiam discit.

Fili subtractionis sunt filii Bellai de 149

stantiam glorie » vocat Apostolus materiam ipsam, obiectum et fundamentum glorie, II *Corinth.* 11, 17. Hac enim de causa substantia subinde ab Hebræis vocatur **עֵסֶם** *etsēm*, id est os, quia instar ossis ^{est} fulcit et sustentat. Sic *Genes.* vii, 13, dicitur **עֵסֶם** *beetsēm*, id est in osse, hoc est in substantia (nostrer Interpres vertit, in articulo) « diei illius ingressus est Noe in arcam; » et *Eccli.* xxiv, 10, pro eo quod nos habemus: « Et quasi celum cum serenum est, » Hebræa habent **עֵסֶם** *keetsēm*, id est, sicut os (substantia) cœli cum purum est. Hinc ossa Hebræis vocantur argumenta et demonstrationes, quibus rei veritas corroboratur, confirmatur et fulcitur. Patet hoc *Isaia* xli, 21, ubi Deus provocans idola ad iudicium, ut secum de divinitate concertent, proferantque suæ divinitatis argumentum, puta divinationem futurorum, sic ait: « Prope facile iudicium vestrum, afferite si quid sorte habetis; » pro sorte, hebræum est **עֵסֶם** *atsumatechem*, id est, ossa vestra, puta ossa et fortia argumenta proferte, quibus corroboretis et confirmetis causam vestram, prophetice vos esse deos. Tale os et ossæ substantia, sive stabilimentum, corroboratio et confirmatio rerum sperandæ ^{est} im est fides.

Secundo et melius, *ἰσχυρός*; hic, uti et cap. III, vers. 14, idem est quod substantia et existentia, *q. d.* Fides facit ut bona futura que nondum existunt certa habeantur, certoque futura credamus et speremus; p. rinde ac si iam subsisterent, eaque coram nobis cerneremus: fides enim illa ipsa quasi præsentia et certissima oculis mentis subijcit, sicut per suam certitudinem, quamdam substantiam dat rebus speratis et futuris in intellectu et mente fidelium. Unde explicans subdit *postobus*: « Fides est argumentum non apparentium, » et vers. 27: « Hac fide, inquit, Moyses invisibilem tanquam videns sustinuit. » Ita Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus et Syrus qui ita vertit, *fides*, inquit, est **פֵּסַח** *peśaśa*, id est, *persuasio et certitudo de rebus que sunt in spe, persuasio ac si iam existerent actu.* Hebræum enim **פֵּסַח** *anana*, id est fides, derivatur a radice **אנן** *anan*, id est firmavit, fulcivit, stabilivit, fecit rem firme subsistere. Inde dicitur **פֵּסַח** *anana*, id est fides, veritas, certitudo, constantia, stabilitas, qua res solide, certo firmiterque subsistit. Rursus, hac de causa substantia ab Hebræis vocatur quandoque **מַמְדָּה** *maamad*, id est status vel statio, quia spem stare et subsistere facit. Unde Chrysostomus: « Quoniam, inquit, ea que sunt in spe, sine substantia esse putantur, fides eis tribuit substantiam. Resurrectio necdum facta est, et necdum est in substantia, sed fides facit eam subsistere in anima nostra. » Et D. Thomas clarus allata etiam similitudine rem oculis subijcit: Resperandæ, inquit, sunt sicut arbor in semine virtute latens, ac per fidem quodammodo jam existunt in nobis, sicut arborem modo quædam tenemus in semine. »

Substantia ab Hebræis vocatur status vel statio.

Dicit ergo Paulus: Cum vos, o Hebræi, ad fidem in adversis constantem hortor, nolo vos respicere ad bona præsentia, sed futura; quia fidei officium est, ut futura bona, quasi certissima menti offerat et exhibeat, atque per ea sustentet spem, patientiam omnesque virtutes in rebus afflictis: mercedem enim futuram, eamque immensam ita certo oculis mentis objicit, ac si iam cerneretur, et adepta esset: per fidem enim ita a mente apprehenditur, ac si iam subsisteret; v. g. dicitur Christiano: Patere fortiter exilia, spolia, verba et verbera pro Christo; eme spem pretio, da omnia tua pauperibus, et habebis thesaurum in celo. Dicitur Martyri: Sustine generose ad momentum temporis equuleos, ignes, leones, furcas et cruceos; manet te resurrectio, et caro gloriosa, manet te felicitas, opulencia, delicie immortalis et æternæ. Hac promissa nusquam adhuc cernuntur, nusquam subsistunt, non videt ea Christianus aut Martyr: accurrit fides, suaque certitudine, miraque virtute et efficacia efficit in credentis animo illa videri; proculque adhuc posita non secus lactare, fovere et roborare in adversis animam, ac si coram conspicerentur, et manibus tenerentur. Imo facit, ut sperans certus illa licet futura credat et speret, quam ea que præsentia coram se esse et existere actu videt.

Quocirca præclare S. Leo, serm. 2 *De Ascensione*: « Hanc, ait, fidem ascensione Domini unctam, et Spiritus Sancti munere roboratam non vincula, non carceres, non exilia, non famas, non ignis, non lanatus ferarum, non exquisita persequendum crudelitibus supplicia terrentur. Pro hac fide per universum mundum non solum viri, sed etiam femine; nec tantum impubes pueri, sed etiam teneræ virgines usque ad effusionem sanguinis decerantur. Hæc fides dæmonia eiecit, rigritudines depulit, mortuos suscitavit. »

SPERANDARUM. — Græcum *ἐπιθυμῶν* verti potest, et *sperandarum*, scilicet rerum que sperantur; et *sperantium*, scilicet hominum qui sperant. Posteriori modo vertit et intelligit passim S. Augustinus, *q. d.* Paulus: Fides in anima iusti creditur et sperantis, est quasi basis, que cum sustentat ut quasi despiciat bona terrena, speret atque expectet celestia. Sed eodem redit sensu, sive veritas *sperandarum*, sive *sperantium*. « Merito, inquit S. Bernardus, serm. 4 *in Psal.* xc: « Apostolus fidem sperandarum rerum substantiam esse definit, quod videlicet non credita necdum sperare plus quam super inane pingere possit. Dicit ergo fides: Parata sunt magna et inexcogitabilia bona a Deo fidelibus suis. Dicit spes: Mihi illa serventur. Nam tertia quidem charitas: Curr, mihi ait, ad illa. » Hinc acute Clemens Alexandrinus, lib. I *Pædagog.* cap. vi: « Revera, ait, sanguis (id est anima et vita: veteres enim putarunt sanguinem esse substantiam animæ, ut ait ibidem Clemens), sanguis, inquam, fidei est spes, in qua continentur, sicut fides ab anima. Cum autem spes ex-

Christi-
ni con-
tationes
debet
esse in-
bilis.

Fides
prece-
pitur
a fidei
certitudo.

paraverit, perinde ac si sanguis effluerit, vitalis fidei facultas dissolvitur. » Discite hic quam cogitationes fidelis et Christiani debeant esse sublimes; que non terrena, præsentia et aduoca, sed celestia, futura et æterna cogitare, sperare, prosequi, de his loqui et ad ea atubelare debeat.

ARGUMENTUM. — Id est, assensus, inquit D. Thomas, quo adhaerescimus veritati. Verum græce est, uti vertit et legit S. Augustinus, lib. XIII *De Trinitate*, cap. 1, et Chrysostomus hic. Sic Aristoteles scripsit librum *De Sophisticis elenchis*, id est, de argumentis sophisticis, quibus sophiste alios convincere nituntur. Hinc Syrus vertit, *revelatio earum rerum que non videntur, q. d.* Apostolus: Fide convincimur ad credenda ea, que non videmus, que non apparent, perinde ac si in clara luce illa cerneremus; tam certo enim illa nobis fides ostendit et demonstrat, ac si in meridie viderentur. Efficit enim fides, ut nihilo magis de futuris atque a sensu remotis mysteriis obscurissimis dubitemus, quam si vel oculis conspiciat, vel ratione a nobis comprehensa forent, imo multo magis certiusque sint nobis persuasa, quam ea que sensu, ratione, vel demonstratione persuadentur; ut v. g. malum in Venerab. Sacramento negare id, quod oculi et manus nobis dicant, quam quod Christianum esse panem, quam quod Christi Verbum et fides nobis proponit et persuadit, scilicet Eucharistiam esse corpus Christi: pari modo in mysterio SS. Trinitatis, incarnationis, passionis, resurrectionis, malum fidei, quam rationi naturali assentiri. « Papæ! inquit Chrysostomus, quale istud est (fides) quod talem facit rerum evidentiam, qualis est, dum res ipse palam proponuntur! » *Deusque* enim, id est demonstratio, non est nisi in rebus admodum manifestis. Ubi advertet, demonstrationem hanc et evidentiam non esse in rebus ipsis, sed in Deo attestante.

Eviden-
tia fidei
non in
rebus,
sed in
Deo at-
testante.

Fides
obscure
et dicte-
tra con-
parata.

Quia enim Deus dicit et revelat nos resurrecturos et celo polituros, ideo id credo, quasi certissimum non in se, sed in Deo, qui id revelat et attestatur. Evidens enim est verum esse et certissimum quidquid Deus dicit et attestat. Talis ergo est demonstratio ipsa fides, qualem rhetores schema nuncupant; aut potius qualis est dioptra nautica, sive speculum oculare, quo naves et turres remotissime aliis non apparentes, apparent et cernuntur: hoc enim speculans oculum confortat, et species visivas ita cogit, roborat et condensat, ut longissime se spargant, remque remotissimum alias invisibilem clare videri efficiant. Quod enim Martyres, dum toti sibi apparari supplicia conspicerent, aliud opponere, quam fidem, fideique dioptram et demonstrationem, que futura et immortalis vite immensa bona eminus menti eorum ita certo et vere representabat, ut eorum fide et spe roborati et accensi, in ignes, enses et neces se darent et ruerent? Unde S. Augustinus, tract. 27 et 40 in

Joan., tom. IX: « Fides, inquit, est credere quod Fides est credere quod non credidisti. » Et S. Gregorius, hom. 26 in *Evang.*: « Fides, inquit, non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. »

Hinc patet primo, fidem non esse fiduciam vel spem, ut voluit hæretici. Fiducia enim est in appetitu et voluntate; fides vero est in intellectu: illum enim convincit, illoque rem creditam et speratam exhibet et demonstrat.

Patet secundo, hac clausula, fides est elenchus et demonstratio rerum non apparentium, fidem distingui tum a scientia, quæ est rerum apparentium et evidentium in seipsis; tum ab opinione, suspitione et dubitatione: hi enim incerti et dubii sunt assensus, fides autem est assensus certus, qui intellectum plane subigit et convincit.

Patet tertio, licet S. Hieronymus in cap. v *ad Galat.*, Theodoretus et Theophylactus hic, Damasceus, lib. IV *De Fide*, cap. xi, et alii vocent hanc (quam hic affert Apostolus) fidei definitionem; e contrario Erasmus velit tantum esse encomium fidei, perinde ac litterarum esset encomium tantum, si dicerem: Litteræ sunt in rebus adversis solatiurn, in secundis ornamentum; verius tamen est proprie hanc esse fidei descriptionem, per duplicem fidei proprietatem, eamque præcipuam: quarum prior est, quod fides sit basis et fundamentum spei, factaque in animo subsisteret: ea que sunt futura; posterior, quod intellectum facti assentiri, que non intelligit, quæque est lumine et ratione non comprehendit.

Ubi nota: Non negat hic Apostolus fidem alias adhuc habere proprietates, aut eam se extendere quoque ad apparentia et existentia, itemque ad res non speratas; imo pari modo fidem sic describere potuisset: Fides est substantia rerum artam sperandarum, quam timendarum; estque artam sperandarum tum apparentium, tum non apparentium tum apparentium infernum, quam timendum. Fide enim credimus infernum, quam timemus, non speramus, et mortem enim eadem res, puta apparet et cernitur. Potest enim eadem res, puta Deus, angeli, mors cognosci variis modis: nimirum *primò*, demonstratione; *secundo*, sensu et experientia; *tertio*, fide, quam scilicet Deus ea revelavit. Fides ergo infernum, mortem et iudicium, que non speramus, sed timemus, utpole certo futura, menti quasi præsentia objicit et representat, quia Deus qui est prima veritas, que fallere nequit, hæc tria fide cernenda nobis proposuit. Sed hæc omisit Apostolus, quia non erant ad propositum ipsius: tantum enim gloriam celestem futuram, et necdum apparentem, Hebræis afflictis proponere intendebat, ut ejus fide, spe et contemplatione eos animaret ad constantiam.

2. IN HAC ENIM TESTIMONIAM CONSECVTI SUNT SE-
NES. — Probat suam fidei descriptionem ab exem-
plis sanctorum Patrum, quorum fides a Deo et
hominibus probata et celebrata, talis fuit fides
qualem hic descripsit. « In hac » ergo, id est per

Fides non est
fiducia:
nam hæc
est illa
volunta-
ta, illa
in intel-
lectu.

Hæc eni
descriptio
fidei
per du-
plicem
proprietatem.

Fides
aliam
versatur
circa res
timen-
das, et
apparen-
tes ac
eviden-
tes.

Vers. 2.
Confir-
matur
alibi de
scripta